

RADULPHUS BRITO ON UNIVERSALS

Jan Pinborg

Radulphus Brito is one of the most prolific and important authors among the *Modistae*¹. In logical and epistemological texts from the first decades of the fourteenth century his opinions are often alluded to, and his theory of concepts and intentions is almost invariably summarized and discussed. In earlier papers I have indicated the main positions of Radulphus concerning this subject-matter and referred to some of the most important arguments directed against them by such authors as Hervaeus Natalis, Peter Aureoli and John of Jandun². Here I want to edit some texts which contain further documentation of this early fourteenth century debate.

The main text here offered is taken from Radulphus' Questions on Porphyry, viz the questions 5 to 8.³ In four appendices I present texts by Radulphus, Hervaeus Natalis, Peter Auriol and Hugo of Utrecht, which elaborate or criticize the argument of the main text.

Radulphus Brito's Quaestiones super Porphyrium

The Questions on Porphyry are transmitted in 12 Mss. and an early printed edition. As usual with university texts it is not possible to draw a regular stemma which accounts for all relations between the Mss. Nevertheless the 13 witnesses to the text can be arranged conveniently in two groups. A fuller discussion of these Mss. has been presented in Ebbesen & Pinborg, Forthcoming. There we edited the prooemium of the Porphyry questions with selected variant readings from all Mss. The experiences drawn from editing the prooemium have made it possible to base the present edition on a restricted number of Mss.

The first and larger group of (9) Mss. presents a uniform version of the text which I in the following shall call the A-version. The Mss. of this group, however, are very inaccurate and divergent in details and most of them are extremely faulty. For this edition I have selected only those two Mss. which offer the soundest text within the group.

L = London, British Library, Harley 7357 f.6v-13r.

V = Vat.lat. 3044 f.9r-16r.

1. For a recent survey of his life with a list of the Mss. of his writing see the introduction to Enders & Pinborg 1980.

2. Pinborg 1974. 1975a,b,c.

3. For a list of questions see Pinborg 1975a, p.76-7.

The second group comprises four Mss:

B = Bruxelles, B.Royale 3540/47 f.40r-45v.

N = Nürnberg, Stadt.Cent.V 21 f.61r-63r.

P = Padova, B.Anton.457 f.5v-9v.

S = Salamanca, B.Univ.2350 v.5r-7r.

These four Mss. are generally of a higher quality than the Mss. of the former group, but their utilization is made difficult by the fact that all of them show acquaintance with an alternative version of the text. Apparently, there existed a different and somewhat longer "B-version" of the Quaestiones which to a varying degree was incorporated by the scribes of these four Mss. Thus S follows the B-version from qu.1 through qu.10 of the Porphyry-Questions, then switches to the A-version for the rest of the Logica Vetus. P follows the B-version from qu.1 to 3, qu.4 & 5 appearing in a contaminated version; from qu.6 onwards it follows the A-version. B normally follows the A-version, but has a contaminated version in qu. 5 & 6 (for qu.5 see p.82; the rationes of qu.6 follow the A-version, the corpus the B-version, but then the A-version is added in the margin). N is the only Ms. which follows the B-version throughout. Unfortunately, N also conflates Radulphus' Quaestiones with another series of Quaestiones by one mysterious Hytpibius⁴. In the beginning the authorship of every single question is indicated in the scribe's hand in the upper-margin by adding the author's initial to the title of the question⁵; but from qu.10 onwards this helpful information ceases and it becomes difficult to distinguish the contributions of the two authors. Some questions in N which have no counterpart in the A-version seem nevertheless to be by Radulphus⁶. Even in the cases where we can compare N to another Ms. offering the B-version it turns out that N often offers an augmented text, the authorship of which is somewhat uncertain. The two versions are obviously so different that it is not possible to edit them as one text. So I have decided to edit them synoptically, printing the A-version on the left pages, the B-version on the right

4. Roos 1974.

5. After qu.9 (*utrum genera et species separata sunt secundum esse a singularibus*) which is indicated as the "joint" work of B(rito) and H follow five questions on the same subject-matter, attributed to H: *Utrum quiditas rei possit esse actu universalis circumscripto intellectu* (f. 63v); *utrum quiditas rei sensibilis possit esse actu universalis per primum conceptum vel secundum rei attributum* (f.63v); *utrum universale sit in intellectu solo* (f.64r); *utrum universale sit in intellectu nudo vel puro* (f.64r); *utrum universalia sint corporea vel incorporea* (f.64r).

6. For an example see Cahiers 24 pp.55-64.

Pages, adding the smaller changes and additions of N in the apparatus of the B-version, and the larger ones after each question.

This should make it easier to compare the versions. Unfortunately I have not been able to construct a clear argument concerning their mutual relations. In any case the doctrinal differences are slight and do not reveal any systematical or evolutionary pattern. So a precise answer must await further investigations.

Radulphus Brito, Qu. in De anima I qu.6 (appendix 1).

A critical edition of book III of these questions was published by Fauser 1974. An edition of the first two books is still lacking. The qu. 6, the corpus of which is edited in appendix I, is a mature and careful statement of Radulphus' theory of concepts, which on some points are more explicit than the version of the Porphyry-questions. The edition is based on Fauser's main MS: Firenze, BNC, Conv.Soppr. E.I.252. Selected variant readings are offered from 4 Mss. representing various classes according to Fauser's stemma. Two of the Mss., however, (viz. Vat.lat.3061 & Wien NB 2319) were unknown to Fauser.

Hervaeus Natalis, De secundis intentionibus (Appendix II).

One of the most important texts concerning intentions is to be found in Hervaeus Natalis, *Tractatus de secundis intentionibus*, probably from between 1309 and 1316. This text merits a thorough investigation. Here I have only edited a few pages which must directly attack the opinion of Radulphus. Some further indications of Hervaeus' opinions can in the meantime be gathered from the treatise on the same topic by Stephanus de Reate (first half of the 14th cent., ed. Domański 1967), who was a faithful pupil of Hervaeus.

Peter Aureoli, In sent. I d.23 (Appendix III).

In the d.23 of the first book of the Sentences (probably ca.1316) Peter Aureoli develops his theory of intentions on the base of a thorough discussion of the relevant opinions of Radulphus and Hervaeus Natalis. The same two authors play a similar role when Aureoli in book II elaborates his theory of concepts (cp. Dreiling 1913 p.94-98 (Radulphus) and 98-103 (Hervaeus)). Here I only offer that part of the dist. 23 which is directed against Radulphus. My text is a transcription of the Ms. Vat.Borgh.lat. 329 which is also the sole base of Buytaerts edition of the beginning of the first book of Aureoli's Sentence-commentary. For Adam Wodeham's critique of Aureoli see above pp.42-43.

Hugh of Utrecht, Quaest. on Porphyry (Appendix IV).

The last text here offered is taken from Hugh of Utrecht's Questions on Porphyry as transmitted in the Mss. Erfurt 2^o336 f.1-28 and Leipzig UB 1363 f.71-94. The text of both Mss. is remarkably similar. Hugh of Utrecht was a Parisian Master of Arts teaching shortly after Radulphus, and his work is full of allusions to Radulphus.

References.

- Domanski, J.1967. 'Stephani de Reate, Tractatus de secundis intentionibus'. *Mediaevalia Philosophica Polonorum* XII (1967)67-106.
- Dreiling, R.1913. *Der Konzeptualismus des Petrus Aureoli*. Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters 11:6. Münster.
- Ebbesen, Sten & J.Pinborg. Forthcoming. 'Gennadios Scholarios and Western Scholasticism.' *Classica et Mediaevalia*, 1981.
- Enders & Pinborg. 1980. Radulphus Brito, *Quaestiones super Priscianum minorem*. (=Grammatica Speculativa 3,1-2). Stuttgart: Frommann-Holzboog.
- Fausser, W.1974. *Der Kommentar des Radulphus Brito zu Buch III De anima*. (=Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters. Neue Folge 12). Münster: Aschendorff.
- Pinborg, J.1974. Zum Begriff der Intentio secunda. *Cahiers* 13,49-59.
- Pinborg, J.1975a. Die Logik der Modistae. *Studia mediewistyczne* 16, 39-97. Warszawa.
- Pinborg, J.1975b. A note on some theoretical concepts of scholastic logic and grammar. "Grabmann", *Revue internationale de philosophie*, 29e année, 113,286-96.
- Pinborg, J.1975c. Radulphus Brito's Sophism on Second Intentions. *Vivarium* 13, 119-52.
- Roos, H.1974. Die Kontroverse zwischen Bartholomaeus von Brügge und Radulphus Brito über die Frage: *Utrum genus possit salvari in unica specie*. "Sapientiae procerum amore", *Mélanges médiévistes offerts à Dom Jean-Pierre Mueller OSB*. (=Studia Anselmiana 63). Roma,323-342.

QUAESTIO 5

Utrum universale in communi sit genus ad 5 universalia

Consequenter quaeritur utrum universale in communi sit genus ad quinque universalia.

Et arguitur quod non, quia si universale esset genus ad 5 universalia, tunc genus differret simpliciter a suis speciebus. Sed istud est impossibile. Ergo impossibile est quod universale sit genus ad illa 5 universalia. Probatio maioris, quia in entibus secundum intellectum sicut suum esse secundum intellectum est suum esse simpliciter, ita suum differre secundum intellectum est suum differre simpliciter. Modo universale pro intentione habet esse secundum intellectum. Ideo a quocumque differret secundum intellectum et rationem, ab eo differret simpliciter. Modo si universale in communi esset genus ad 5 universalia oportet quod differret ab eis secundum rationem, quia semper genus differt a suis speciebus secundum rationem. Ergo tunc genus differret a suis speciebus simpliciter. Modo illud est inconveniens quia genus et species realiter et essentialiter sunt idem, licet secundum rationem differant. Quare etc.

Item, quandocumque aliquid praedicetur de aliquo denominative illa non possunt pertinere ad unam essentiam, nec per consequens unum potest esse genus respectu alterius. Modo si universale esset genus ad 5 universalia, tunc genus praedicaretur denominative de universali, dicendo 'universale est genus', quia tunc intentio generis fundata supra universali praedicaretur denominative de ipso universali. Ergo impossibile est quod genus sit inferius contentum sub universali, quia superius et inferius dicunt eandem essentiam. Sed quod praedicatur denominative de

1-16 LPV 17-24 BLPV

1 communi: *quod est subiectum hic P (*cf. versionem II*). 2 universal-
lia: *specialia P. 4 sed: modo V. 9 secundum: per V. 10 eo:
eodem V. 18 unam: eandem P unam et eandem L. 22 denominative:
om. L *def. B.*

QUAESTIO 5

Consequenter quaeritur utrum universale in communi quod est hic subiectum sit genus ad 5 universalia, scilicet ad genus, species, differentia, proprium et accidens.

Et arguitur primo quod non quia si universale esset genus ad 5 universalia, tunc genus simpliciter differret a suis speciebus. Sed hoc est impossibile, ergo impossibile est quod universale sit genus ad 5 universalia. Maior probatur: primo supposito quod genus debet differre a suis speciebus secundum intellectum. Secundo supposito quod universale quod est intentio est ens rationis, quia omnes intentiones secundae sunt entia rationis. Tunc ex hiis arguitur: in entibus rationis sive in entibus secundum intellectum sicut suum esse secundum intellectum est suum esse simpliciter, ita suum differre secundum intellectum est suum differre simpliciter. Sed universalia sunt entia secundum intellectum. Ergo si universale commune quod est hic subiectum differret ab istis universalibus sicut genus a specie, scilicet secundum rationem et intellectum, cum in talibus suum differre secundum intellectum sit suum differre simpliciter ut patet per secundam suppositionem, tunc universale commune simpliciter differret a 5 universalibus. Et si ponas ipsum esse genus ad ista 5 universalia, tunc genus simpliciter differret a suis speciebus. Sed hoc est impossibile, quia genus et species eandem naturam dicunt. Ergo etc.

Et ista est ratio positionis magnorum dicentium quod universale non sit genus ad 5 universalia.

Item, quandocumque aliquid denominat alterum unum non potest esse inferius ad alterum nec e converso. Sed si universale esset genus ad 5 universalia, tunc genus denominaret universale. Ergo impossibile est quod genus quod est quoddam universale speciale esset inferius respectu universalis sicut species vel individuum eius. Sed hoc non posset esse scilicet quod genus esset inferius respectu universalis et denominet universale, et tamen id sequeretur si universale esset genus ad 5 universalia, quia

1-20 BNS 21-22 NS 24-30 NPS

1 quod-subiectum: om.B. 2 scilicet-accidens: om.B. 14-15 commune
-intellectum: sit genus ad 5 praedicabilia, cum differat ab hiis secundum
intellectum, differret simpliciter ab eis B. 17-19 tunc-tunc: sed hoc
est impossibile quod B. 19 sed-impossibile: om.B. 20 eandem naturam:
unam essentiam B. 24 esse: +genus ad alterum nec N. 29 et: cum S.
30 tamen: cum S.

25 aliquo essentialiter differt ab eo. Sed si genus non potest esse inferius sub universali, tunc ergo universale non erit genus ad 5 universalia.

Item, si universale esset genus ad 5 universalia, tunc idem esset superius et inferius respectu eiusdem, quia si universale esset genus
30 tunc esset genus superius respectu universalis, et si universale esset genus respectu generis et aliorum universalium, tunc genus esset inferius respectu universalis. Et sic idem esset superius et inferius respectu eiusdem. Modo hoc est impossibile, quare etc.

cf. 203-213.

quia tunc sub se contineret omnes intentiones secundas universalis et per consequens genus. Quare de ipso praedicaretur. Ergo impossibile est dicere quod universale sit genus ad 5 universalia.

Et hoc est quod arguitur aliter sic: si universale esset genus ad 5
 35 universalia, tunc idem respectu eiusdem esset magis commune et minus commune. Sed hoc est inconueniens, ergo etc. Probatio maioris, quia dicendo 'genus est universale' hic universale esset in plus quam genus cum sit genus et superius ad ipsum genus. Sed dicendo sic 'universale est genus' universale esset in minus quam genus, [quia quantumcumque universale esset
 40 genus ad ipsum genus et ad alia universalia cum verum esset dicere 'universale est genus'. Et sic universale esset in minus quam genus,] et prius erat in plus. Ergo idem esset in plus et in minus respectu eiusdem. Et eodem modo esset deduci quod genus esset in plus et in minus respectu universalis.

45 Aliquis forte diceret quod non oportet quod idem sit in plus et in minus respectu eiusdem, quia dicendo 'genus est universale' ista praedicatio est per se quia ibi praedicatur genus de sua specie, et sic universale est in plus. Sed dicendo 'universale est genus' ista praedicatio est per accidens et denominativa, sicut esset ista 'animal est genus'. Et
 50 ideo non oportet quod genus significat in plus respectu universalis, cum praedicatur denominative de ipso. Et sic non oportet quod idem sit in plus et in minus respectu eiusdem.

Si ita dicatur, tunc probatio quod universale non potest esse genus ad 5 universalia, quia quandocumque aliqua duo sic se habent quod unum
 55 praedicatur denominative de alio numquam possunt esse sicut superius et inferius, sicut prius arguebatur. Et per consequens non possunt esse sicut species et genus. Sed per te genus praedicatur denominative de universalis, ergo numquam erit sicut species et genus, et sic universale non potest esse genus ad ipsum genus nec pari ratione ad alia praedicabilia. Ma-
 60 ior declaratur, quia illa quae praedicantur denominative de se invicem sunt diversarum naturarum. Sed illa quae sunt diversarum naturarum non possunt esse sicut superius et inferius, ideo etc.

Et haec fuit quaedam ratio principalis iam facta.

31-63 NPS

31 secundas: speciales N. 32 quare: et P om.N. 34 et-sic: praeterea N.
 35 respectu eiusdem: om.S. 37 cum sit: si vero universale esset N.
 38 sed-sic: tunc verum esset dicere N. 39-40 universale¹-genus¹: om.N
 39-41: quia-genus²: om.P. 42-43 eiusdem-respectu: om.S. 50 signifi-
 cat: sit N. 56 sicut: sed cum S. 59 praedicabilia: universalis N.
 60 declaratur: probatur P patet N.

Item, omne genus est abstractum a suis speciebus. Sed universale
 35 non potest esse abstractum a 5 universalibus. Ideo non potest esse ge-
 nus ad ipsa. Maior patet de se. Probatio minoris, quia omnis abstrac-
 tio generis a speciebus fit per intellectum agentem, quia abstrahere per-
 tinet ad intellectum agentem. Modo operatio intellectus agentis non ex-
 tendit se ad illa quae sunt in intellectu possibili. Modo intentiones
 40 secundae habent esse in intellectu possibili et sic non possunt abstrahi
 per intellectum agentem ab istis 5 universalibus. Minor patet, scilicet
 quod operatio intellectus agentis non extendit se ad illa quae sunt in
 intellectu possibili, immo extendit se ad fantasmata secundum Philoso-
 phum et Commentatorem III. De anima.

45 Oppositum arguitur sic, quia oportet quod universale sit commune ad
 ista 5 universalia aliqua communitate: aut ergo univocum aut analogum
 aut aequivocum. Non potest dici quod sit commune aequivocum ad ista,
 quia universale non praedicatur de istis secundum diversas rationes,
 ideo non est aequivocum. - Nec est analogum, quia est analogum quando
 50 aliquid dicitur de pluribus, de uno per prius, de alio per posterius in
 habitudine ad illud prius. Modo universale non dicitur de uno univer-
 sali in habitudine ad aliud sicut de specie in habitudine ad genus nec
 e converso, et sic de aliis. Ergo relinquitur quod universale sit com-
 mune univocum ad 5 universalia. Modo commune univocum est species vel
 55 genus. Sed universale non est species cum praedicetur de pluribus dif-
 ferentibus specie. Relinquitur ergo quod sit genus.

34-56 BLV

38 modo: sed V ergo L. 39-40 intentiones-habent: universale quod
 est intentio secunda habet L. 47 aequivocum¹: +ad illa L. 49 est³:
 dicitur L. 54 est: vel est B dicitur L. 55 genus: +ergo univer-
 sale est species vel genus V. universale: om.LV. 55-56 cum-
 specie: cum non praedicetur de pluribus differentibus numero L.

Item, omne commune est abstractum per intellectum agentem a singularibus, quia intellectus agens est qui habet abstrahere commune a singularibus. Sed universale non potest esse abstractum a 5 universalibus quia operatio intellectus agentis non est supra id quod est in intellectu possibili. Postquam enim aliquid intelligibile est intellectum et cognitum ab intellectu possibili et manet in intellectu possibili, amplius intellectus agens non potest ipsum abstrahere, sed solum operatio intellectus agentis est supra phantasmata quae sunt in phantasia. Sed intentio universalis habet esse in intellectu possibili sicut in subiecto. Ergo supra intensionem universalis non potest operatio intellectus agentis. Et sic universale non est abstractum. Quare sequitur conclusio principalis, scilicet quod universale non est commune nec per consequens genus ad 5 universalia per locum a superiori ad inferius destructive.

Oppositum arguitur, quod universale quod est hic subiectum est aliquod commune. Si enim non esset aliquod commune tunc oporteret quod 5 universalia sub nulla ratione communi communicarent, et per consequens non haberent rationem unius subiecti, quod nullus diceret. Tunc arguitur: universale est aliquod commune ad 5 universalia, aut ergo est commune aequivocum, aut analogum, aut univocum. Non est aequivocum, quia aequivocum est quod praedicatur de diversis et secundum diversas rationes aequaliter, et solum nomen illius aequivocum commune est illis diversis. Sed universale non praedicatur de 5 universalibus secundum diversas rationes, sed secundum rationem unam communem sumptam secundum idem nomen. Ergo universale non est commune aequivocum ad 5 universalia. - Item propter aliud, quia de aequivoco ut aequivocum est non potest esse scientia. - Item, non est commune analogum, quia commune analogum dicitur de duobus, de uno per prius, de reliquo per posterius, et de posteriori dicitur per habitudinem ad prius. Sed universale non dicitur de 5 universalibus sic quod de uno dicatur per prius et de altero per posterius, nec dicitur de ipsis ita quod de uno dicatur per habitudinem ad alterum. Ita enim bene et aequaliter esse in pluribus, quod est modus sive ratio essendi ex quo sumitur intentio universalis, reperitur in accidente communi et proprio sicut in aliis universalibus et e converso.

64-95 NPS

67-69 postquam-possibili¹: om.P. 69 possibili²: +ideo quia operatio intellectus non extendit se ad illa quae sunt in intellectu possibili, immo ad phantasmata secundum Philosophum et Commentatorem III. De anima P (cf. *aliam vers.* 42-44). 79 communicarent: constarent S. 93 ita-aequaliter: quia ergo ratio praedicandi De pluribus aequaliter competet omnibus universalibus quia ita bene et aequaliter scilicet N.

Item, illud quod praedicatur de pluribus differentibus specie in quid et secundum unum nomen et secundum unam rationem est genus. Sed universale praedicatur de his 5 universalibus secundum unum nomen et secundum
 60 unam rationem et ista differunt specie et praedicatur in quid de illis. Ideo etc. Maior patet per definitionem generis. Minor probatur: Primo quod praedicatur de istis secundum unum nomen, hoc patet quia dicitur quod genus est universale et species est universale et sic de aliis. Et praedicatur de istis secundum unam rationem sumptam secundum idem nomen,
 65 quia ratio universalis est quod est aptum natum esse in pluribus; modo ista definitio istis 5 universalibus competit, quia quodlibet istorum est aptum natum esse in pluribus, sicut de se patet. Etiam universale praedicatur de istis in quid, quia si quaeratur 'quid est genus?' dicitur quod est universale et 'quid est species?' dicitur quod universale, et
 70 sic de aliis. Ista quinque differunt specie sicut intentio generis, speciei et sic de aliis: licet res subiectae intentioni generis et speciei non differant specie, immo sit eadem res essentialiter, tamen intentiones ibi fundatae sicut intentio generis et speciei sunt diversae intentiones specie differentes.

75 De ista quaestione sunt diversae opiniones.

Aliqui propter rationes adductas et maxime propter primam et ultimam rationem ponunt quod universale non est genus ad 5 universalia. Et breviter dicunt quod in intentionibus secundis quibuscumque non est dare genus et species.

80 Illud tamen est contra intentionem commentatorum, quia intentio Ammonii et Boethii super I.Perihermeneias est quod enuntiatio est genus ad affirmationem et negationem. Et tamen istae sunt quaedam intentiones secundae. Et etiam commentator Averroes super I.Priorum vult quod propositio est genus affirmationis et negationis.

85 Illud etiam est contra rationem sicut iam apparebit.

Alia fuit opinio de ista quaestione et fuit Alberti, et est quod universale non est genus ad 5 universalia, sed magis dicitur analogice de

57-75 BLV. 75 LV. 76-84 LV + B (*sed post lin.149 inf.*). 85-87 LV(0)

59-60 praedicatur-illis: est huiusmodi B. 61-62 primo-istis: *om.L.*
 61 generis: +quia dicitur quod genus est universale species est universale V (*cf.L.68*). 64 istis: +in quid et L. 67 etiam: et quod etiam L
 etiam B et V. 70 ista quinque: istae enim secundae intentiones L.
 70-71 sicut-aliis: *om.L.* 71 et sic de aliis: *om.BL.* subiectae:
 +hiis sive L. 82-83 ad-commentator: *om.B.* 84 affirmationes et negationis: ad affirmationes et negationes L. 87 ad: +illa V.

Relinquitur ergo per locum a sufficienti divisione quod universale sit commune univocum ad 5 universalia. Et illud quod est commune univocum est genus vel species, quia alia universalia solum denominative praedicantur; relinquitur ergo quod universale est commune univocum ad 100 5 universalia sicut genus vel species. Sed non est species, ergo est genus. - Quod autem non sit species sed genus, probatio, quia illud quod praedicatur de pluribus differentibus specie in quid est genus et non species. Sed universale quod est in communi est huiusmodi. Ergo etc. Maior patet; haec enim est definitio generis quod genus est quod prae- 105 dicatur de pluribus differentibus specie in quid, species autem est quod praedicatur de pluribus differentibus numero solum. Minor etiam patet, quia universale in communi praedicatur de pluribus in quid sicut de genere et specie et differentia, proprio et accidente. Sed ista differunt specie et non numero solum. Ergo universale est genus ad 5 prae- 110 dicabilia sive universalia et non species.

cf. 165 ff.

96-110 NPS

97-100 et-universalia: *om.N.* 98 alia: *om.S.* 100 sicut: sic ergo vel N. 102-103 et non species sed: *om.S.* 103 sed-etc: sed universale praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid est, ergo universale quod est commune univocum est genus et non species N. 109 universale: +in communi P. 109-110 ad-species: ad ista P ad 5 universalia et non species N.

ipsis, quia per prius dicitur de genere quam de specie et sic de aliis, et prius de praedicantibus in quid quam in quale.

90 Istud tamen non videtur esse verum, quia esse analogum dicitur de pluribus, et de uno per prius et alio per posterius. Et dicitur de illo posteriori in habitudine ad prius sicut sanum de urina et de animali dicitur analogice, per prius enim de animali et per posterius de urina in habitudine ad animal. Modo universale non praedicatur de specie in habitudine
95 ad genus nec dicitur de genere in habitudine ad speciem, immo aequaliter ab omnibus istis videtur participari. Ergo universale non videtur esse analogum ad ista.

Propter quod ego dico aliter distinguendo de universali. Universale enim potest accipi vel pro re subiecta intentioni universalis vel pro ipsa
100 secunda intentione concreta. Modo si accipiat universalis primo modo sic non est genus ad 5 universalis accipiendo ista universalis ut sunt res subiectae intentioni. Si autem accipiat universalis pro secunda intentione universalis et ita etiam 5 universalis eodem modo accipiantur pro intentione universalis, sic dico quod universale est genus ad ista 5
105 universalis secundum quod possibile est reperire genus et speciem in concretis, et bene dico "secundum quod est possibile reperire genus et speciem <etc>", quia sicut dicit Simplicius in Praedicamentis genus et species primo reperiuntur in substantiis ex consequenti autem in accidentibus, sicut etiam in concretis non est aequae proprie genus et species sicut
110 ut in abstractis.

Primum declaratur quia ad res diversorum praedicamentorum non potest esse aliquod genus commune; quamquam sint de una ratione communi, tamen unum genus commune non possunt habere. Modo res quae est subiecta intentioni universalis est communis cuilibet praedicamento. Ergo ista res sub-
115 iecta intentioni universalis est communis cuilibet praedicamento. Ergo ista res subiecta intentioni universalis non potest esse genus ad ista universalis quae in diversis praedicamentis reperiuntur. Maior per se manifesta est. Minor patet quia genus et species possunt reperiri in quolibet praedicamento et etiam differentia, tam in substantiis quam in accidentibus. Proprium vero et accidens solum in accidentibus reperiuntur
120 in quolibet praedicamento. Ergo istae res non possunt habere unum genus commune.

88-110 LV 111-122 BLV

91 dicitur: praedicatur V. 100 concreta: universalis V. 109 aequae: aequaliter et V. et species: om.V. 111 primum declaratur: vel aliter potest formari B.

Ad istam quaestionem dico distinguendo de universali, quod universale potest accipi dupliciter, scilicet vel pro re vel pro intentione. Si accipiatur universale pro re sic non est genus ad 5 universalia, sed sic forte magis est analogum quid. Si pro intentione, tunc est genus aut a-
 115 liquid ad similitudinem generis se habens.

Primum declaratur, quia res quae potest substare intentioni universalis reperitur in substantiis vel accidentibus. Sed substantiae et accidenti nihil est commune saltem sicut genus quod est commune univocum. Ergo universale quod est res subiecta intentioni universalitatis non pot-
 120 est esse genus, immo etiam nec res subiecta intentioni generis, quod plus est.

111-121 BNPS.

112 re: +subiecta intentioni N. 113 sic¹: +universale B + universale sumptum in communi N. 115 habens: +vel aliquid propinquum valde significationi generis habens N. 118 saltem: +univocum BP. sicut: vel sit P. 119 intentioni universalitatis: universalitati BS. 120 quod: + in B *deficit* P. 121 est: + Maior patet quia res subiecta intentioni universalitatis potest esse substantia et accidens et substantiae et accidenti non est aliqua natura communis realis et univoca N.

Secundum declaratur. Propter quod intelligendum est quod universale prout est secunda intentio in abstracto nihil aliud est quam ratio intelligendi rem ut est in pluribus. Species autem et genus ut sunt quaedam secundae intentiones in abstracto sunt quaedam rationes intelligendi rem ut est in pluribus differentibus numero quantum ad speciem vel specie quantum ad genus. Universale autem in concreto sunt ipsae res sic intellectae. Modo omnes istae rationes intelligendi sumuntur ab aliquibus modis essendi in re, sicut ista ratio quae est ratio intelligendi rem ut est in pluribus differentibus numero vel specie sumitur ab isto modo essendi qui est esse in pluribus differentibus formaliter vel per quantitatem.

Tunc arguo: Sicut se habet modus essendi a quo sumitur intentio universalis in communi et modi essendi a quibus sumuntur istae intentiones 5 universalium ad invicem, sic se habent istae intentiones secundae sumptae ex illis modis essendi. Sed sic est in modis essendi, a quibus sumitur intentio universalis in communi et a quibus sumuntur intentiones 5 universalium quod illi modi essendi se habent sicut superius et inferius, sicut esse in pluribus differentibus numero vel specie et esse in pluribus absolute se habent sicut superius et inferius, quia sequitur 'est in pluribus differentibus numero vel specie, ergo est in pluribus' et non sequitur e converso, ut de se patet. Ergo istae intentiones secundae sumptae ex istis modis essendi sic se habebunt, scilicet quod intentio universalis in communi, quae sumitur ex isto modo essendi qui est esse in pluribus absolute, et intentiones aliorum 5 universalium quae sumuntur ex hoc quod est sic esse in pluribus, habent se sicut superius et inferius. Ergo universale quod est intentio est aliquod superius unius rationis ad 5 universalia. Et si est superius ad ista, cum non sit species, cum intentiones istae 5 universalium differunt specie, relinquatur ergo quod sit genus ad ista 5, quia aequaliter de istis praedicantur. Et certum est quod sic,

123-150 BLV

124 ratio: +vel modus L. 125-127: *om.BL post lin.128 intellectae (quod videsis) add.B paucis tamen omissis.* 128 universale-concreto: in concreto autem V universale autem quod est secunda intentio in concreto L. 128 intellectae: +ut in pluribus B, *tum addit verba lin.125-127 ut sunt-pluribus B.* 129 omnes-intelligendi: illae intentiones L. 130 ratio²: modus L. 133 habet-quo: habent modi essendi a quibus BV. 134 modi-istae: *om.BLV add.LP^c.* 140 est: esse BV. 141 est: esse BV. 143 sic-universalis: *om.L +specialibus sunt species ad illam intentionem LP^c.* 144 absolute: *om.BV.* 145 hoc quod est: modis qui sunt L. 146 sic: *om.* pluribus: +differentibus numero vel specie B +quia (quod V) istae intentiones LV. 148-150 et-ista: *om.B.* cum: +tergo B. 149 relinquatur: sequitur V. 150 et-sic: etc. B.

Secundum declaratur scilicet quod universale quod est intentio est genus vel aliquid habens similitudinem generis ad 5 universalia.

Ad cuius evidentiam sciendum quod cognitionem magis abstracti et minus abstracti in intentionibus habemus ex cognitione modorum essendi ex quibus sumuntur secundae intentiones. Modo intentio universalis sumitur ex modo essendi communi qui est esse in pluribus, et intentio alicuius specialis universalis sumitur ex modo essendi in pluribus sic vel sic, sicut intentio generis ex modo essendi in pluribus differentibus specie in quid, et intentio speciei ex modo essendi in pluribus differentibus numero, et sic de aliis 5 universalibus inducendo.

Tunc ex hoc arguo sic: Sicut se habet modus essendi communis a quo sumitur universale in communi ad modos essendi speciales a quibus sumuntur intentiones secundae universalium specialium, sic universale in communi ad universalia in speciali sumpta. Sed modus essendi a quo sumitur universale in communi est communior quam modi essendi a quibus sumuntur universalia in speciali, ergo universale in communi est communius et magis abstractum quam aliquod 5 universalium, quae sunt universalia in speciali. Maior patet per locum a simili. Minor declaratur, quia modus essendi a quo sumitur universale in communi est esse in pluribus absolute, modus autem essendi a quo sumitur universale in speciali est esse sic in pluribus, sicut esse in pluribus differentibus numero vel specie. Modo esse in pluribus absolute est communius quam esse in pluribus sic. Et ideo sequitur quod universale in communi quod sumitur a modo essendi in pluribus absolute sit communius et in plus secundum rationem quam universale in specie quod sumitur ab esse sic in pluribus, sicut a modo essendi in pluribus differentibus numero vel specie, ideo etc. Modo talis non potest esse ratio speciei. Relinquitur ergo quod sit genus vel habens similitudinem generis. Et sic universale in communi quod sumitur ab esse in pluribus absolute in quid sit communius et in plus secundum rationem quam 5 universalia quae sumuntur ab esse sic in pluribus. Est ergo genus vel habens similitudinem generis ad 5 universalia.

122-152 NPS

140 absolute: *om.PS.* 146 sicut-etc: *om.P.* 147 ideo: *om.S.* etc:
+hoc autem non est nisi in quantum genus et non species quia sic praedicatur de pluribus differentibus specie non solum numero N. talis:
+ratio P. 149-152 et-universalia: *om.N.*

151 quia esse in pluribus vel aptum natum esse in pluribus aequaliter reperitur in genere et in specie et in omnibus aliis universalibus.

cf. 158-173.

cf. 86-89.

151-152 BLV

151-152 quia-universalibus: et aequaliter esse aptum natum praedicari de pluribus in specie sicut in genere reperitur B. *Trm add. B aliquae ex versione altera sumpta.*

Advertendum tamen est duo. Primo est quod intellectus potest intel-
ligere non solum res quae sunt extra se, sed res quae sunt apud se, quia
155 intellectus est in potentia ad omnia intelligibilia, ut patet III.De
anima. Ergo et ad ipsa quae sunt extra se et apud se.

Secundo intelligendum quod entia realia sicut homo et animal et talia
habent duplex esse, scilicet esse essentiale quod est suum esse quiditati-
vum extra animam et esse accidentale quod est esse intellectum et abstrac-
160 tum. Et similiter genus et species et similia quae sunt entia rationis
habent duplex esse scilicet esse quo primo fiunt intellectum, et istud es-
se est eis essentiale, aliud autem esse habent accidentale scilicet esse
intellectum quo intelliguntur postquam facta sunt in intellectu per pri-
mum esse intellectum.

165 Opinio autem Alberti fuit quod universale in communi non est genus ad
5 universalia, sed est commune analogum ad ea. Et hoc probabat sic, quia
sicut se habet modus essendi communis a quo sumitur universale in communi
ad modos essendi speciales a quibus sumuntur universalia in speciali, sic
se habet universale in communi ad universalia in speciali. Sed modus es-
170 sendi a quo sumitur universale in communi dicitur analogice de modis es-
sendi a quibus sumuntur universalia in speciali. Ergo universale in com-
muni dicitur de universalibus specialibus analogice. Et sic non erit genus
ad ipsa sed magis commune analogum. Maior patet per locum a simili, quia
sicut se habet modus essendi ad modum essendi sic universale sumptum ab
175 uno modo essendi ad universale sumptum ab alio modo essendi. Minorem de-
clarabat sic, quia modus essendi a quo sumitur universale in communi est
esse in pluribus, sed iste modus essendi per prius dicitur de modis essen-
di in pluribus essentialiter quam de modis essendi in pluribus accidenta-
liter. Et sic modus essendi a quo sumitur universale in communi per pri-
180 us dicitur de modis essendi a quibus sumitur genus vel species vel diffe-
rentia quam de modis essendi a quibus sumitur proprium vel accidens. Er-
go eodem modo universale per prius dicitur de genere et specie et diffe-

153-182 BNPS

154-156 sed-se¹: om.B. 157 et talia: om.BN. 158 quiditativum:
subiectivum B. 161 quo-intellectum: intellectum primum P.
intellectum: in intellectu B. 163 intellectum: +vel quod idem est
post primam apprehensionem N. 165 fuit: est BN. 175-176 decla-
rabat sic: declarat N probabat P patet B. 180-183 de-prius: om.B.

Tunc ad rationes ad primam, cum dicitur "si universale esset genus ad ista 5, tunc genus etc", falsum est. Et cum probatur "quia in entibus
 155 secundum intellectum sicut suum esse secundum intellectum est suum esse simpliciter ita suum differre secundum intellectum est suum differre simpliciter" illa ratio videtur tangere difficultatem.

Et ideo propter istam rationem intelligendum est quod intellectus potest intelligere illa quae sunt apud se sicut illa quae sunt extra se, sicut patet per Philosophum III. De anima in parte illa "cum autem sic singula fiant etc". Et ideo sicut rei quae est extra animam accedit esse intellectum ita etiam rei quae est in intellectu postquam habet primo esse in habitu in intellectu accedit quod postea intelligatur ab intellectu. Ex hoc ergo habeo quod ista res quae est in intellectu habet dupliciter
 165 esse in intellectu. Nam primo habet quoddam esse essenziale in intellectu quo primo est in habitu in intellectu. Et postea quia intellectus potest intelligere ea quae sunt apud se sicut alia, tunc intellectus potest intelligere ea quae sic sunt in ipso ut conveniunt vel differunt ad invicem. Et tale esse intellectum est esse accidentale illis quae sunt in intellectu. Sed aliud esse intellectum primum est suum esse essenziale. Sicut videmus de re extra; ista enim primo habet esse extra animam et istud est suum esse essenziale. Postea habet esse in intellectu et illud esse intellectum est suum esse accidentale.

Tunc ergo ad formam rationis cum dicitur "in entibus secundum intellectum suum differre secundum intellectum est suum differre simpliciter",
 175 verum est, secundum esse suum intellectum essenziale quo primo fuit in intellectu. Tamen suum differre secundum suum esse intellectum accidentale quo intelligitur postquam facta sunt in intellectu non est suum differre simpliciter. Et cum dicitur "si universale esset genus ad 5 universalia, tunc differret ab ipsis secundum intellectum", verum est secundum
 180

153-180 BLV

155-158 esse¹-rationem: etc.B. 158 intelligendum: +sicut dictum B.
 159-160 sicut¹-etc: om.B. 164-165 ex-intellectu¹: om.B. 164 ergo: ego L. 167 tunc: item L. 169 tale: illud V quod B. 170 primum: om.BV. 175 simpliciter: +dico L. 176-177 fuit in intellectu: sic intelligitur L. 178 quo-intellectu: om.L. 180-181 verum-intellectum: om.L.

rentia quam de proprio et accidente, et per prius de genere quam de specie. Et sic patet quod universale est commune analogum ad 5 universalia.
 185 Ergo non est univocum et per consequens non est unum genus.

Prima tamen positio est tenenda et est melior.

Et ideo tenendo primam positionem dicendum est ad rationes quae sunt contra eam, ad primam cum dicitur "si universale esset genus ad 5 universalia, tunc genus differret simpliciter a suis speciebus", falsum est.
 190 Et ad probationem cum dicitur "genus differt ratione a suis speciebus", concedatur. Et cum dicitur "in entibus secundum intellectum sicut suum esse secundum intellectum est suum esse simpliciter, sic suum differre secundum intellectum est suum differre simpliciter", dico quod aequivocatio est ibi de esse intellecto sive de esse secundum intellectum, quod idem
 195 est, quia esse intellectum in entibus sive esse secundum intellectum dicitur de esse intellecto essentiali eorum quo primo fiunt in intellectu et de esse intellecto accidentali quo intelliguntur postquam facta sunt in intellectu secundum suum esse intellectum essentielle. - Tunc ad formam rationis cum dicitur "in entibus secundum intellectum sicut suum esse secundum intellectum est suum differre simpliciter", dico quod suum intellectum esse essenziale est eorum esse simpliciter, non autem eorum esse intellectum accidentale. Et ideo si differunt secundum suum esse intellectum essenziale differunt simpliciter, si tamen differunt secundum suum esse intellectum accidentale non oportet. Modo genus et species solum
 200 differunt secundum esse intellectum accidentale quo intelliguntur post suum primum esse intellectum, non autem differunt secundum esse intellectum essenziale quo primo fiunt in intellectu. Ideo non oportet quod differunt simpliciter. Modo universale commune differt a 5 universalibus solum secundum suum esse intellectum accidentale, quia postquam 5 universalia per cognitionem rei facta sunt in intellectu, tunc intellectus potest
 210 intelligere aliquod commune abstractum ab eis in quo communicant. Tale autem est universale commune, quod secundum esse intellectum accidentale solum differt a 5 universalibus. Ideo non oportet quod differat ab eis simpliciter. Et ergo dato quod universale commune sit genus ad 5 univer-

183-185 BNPS 186-214 NPS

184-185 et-genus: ideo etc. B. 194 intellecto-esse: om.N. 194-195 quod-dicitur: scilicet N. 200-201 intellectum²-essentiale: esse essentielle NP +secundum intellectum P. 206 primum-intellectum¹: esse in intellectu P esse primo intellectum N. 211 in quo communicant: quod communicat eis N. 214-215 et-speciebus: om.P

esse intellectum et rationem accidentalem. Unde universale in communi secundum esse accidentale intellectum differt a 5 universalibus sicut genus differt a specie secundum rationem accidentalem. Sed secundum esse intellectum essenziale non differt ab eis. Et ideo non concluditur quod
 185 genus et species differant simpliciter.

Ad aliam cum dicitur "quandocumque praedicatur aliquid de alio denominative etc", dico quod in entibus rationis ista maior non est vera, sed solum in entibus realibus, quia in entibus rationis idem potest denominare se ipsum ut dicendo 'praedicatum est praedicatum' et 'subiectum est subiectum', ibi super praedicatum fundatur intentio praedicati et
 190 praedicatur de praedicato denominative, et sic idem denominat se ipsum.

Et si quaeras quae est causa quare in entibus secundum intellectum idem potest se ipsum denominare magis quam in entibus quae sunt extra animam, causa huius est quia intellectus potest se ipsum et suam operationem intelligere. Unde intellectus se reflectit supra se et supra suam
 195 operationem. Quia ergo intellectio intellectus est intelligibilis sicut et alia entia, et istae secundae intentiones sunt quaedam intellectiones, ideo illae intentiones secundae possunt denominare se sicut et dominant alia entia. Unde intellectio intellectus denominatur ab intellectione,
 200 dicendo 'intellectio intellectus est intelligibilis' vel 'intellecta', et sic istae intentiones secundae possunt se ipsas denominare dicendo 'praedicatum est praedicatum' et 'subiectum est subiectum'.

Verum tamen est notandum quod dicendo 'universale est genus' et 'genus est universale' est alia et alia praedicatio. Et in hoc apparebit solutio sequentis rationis, quia dicendo 'universale est genus' est praedicatio denominativa sicut est hic 'animal est genus' ita quod 'genus' est
 205 ibi quaedam intentio particularis generis fundata supra illud obiectum quod est universale, sicut intentio generis fundatur supra illud obiectum quod est animal. Sed dicendo 'genus est universale' ibi non est praedi-

181-202 BLV. 203-209 BLPV.

181-183 secundum-rationem: et 5 universalia bene differunt secundum suum esse intellectum accidentale L. 184 differt ab eis: differunt L. 187 quod: +verum est L. 187-188 rationis-entibus²: om.L. 188 realibus: +et quod in entibus rationis hoc non sit verum declaratur V. quia: et B sed V. 189 praedicatum: subiectum non BLV. 192-194 et -animam: om.B. 195ff. Hanc dicit Egidius in prologo super libris Priorum: huius causa est quia sicut intellectus est supra se reflexivus ita quod causatur per suam operationem et supra se reflexivum L *in marg.* 195 se reflectit: reflectitur L. 203 verum-est: om.P. 206 genus²: animal L. 209 animal: esse in pluribus B.

215 sãlia, propter hoc non oportet quod genus simpliciter differat a suis speciebus. Ideo etc.

Ad aliam cum dicitur "quandocumque unum denominat alterum, unum non est inferius ad alterum nec e converso", dico quod illa maior habet veritatem in entibus realibus et non in entibus factis ab operatione intellectus. Ideo eadem intentio se ipsam denominat ut 'praedicatum est praedicatum' vel 'praedicatum praedicatur' vel 'subiectum subicitur' vel 'species est species' et sic de aliis.

Et si quaeratur unde est hoc, scilicet quod illud quod dictum est magis tenet in intentionibus quam in entibus realibus, quod videlicet unum denominat alterum, causa huius est quia intellectus supra se et supra suum actum potest reflecti. Et ideo etiam intentionalia cum sint facta a ratione et sint quaedam esse intellecta rei ita quod sunt aliquo modo actus intellectus possunt reverti supra se ipsa denominando ut dicendo 'praedicatum praedicatur etc', sicut bene dicitur 'intellectus intelligit' et 'intellectio intelligitur'. Et propter hoc est quod entia logicalia cum sint facta a ratione omnia denominare possunt et se ipsa et alia.

Tunc ad minorem cum dicitur "quando aliquid denominat alterum etc" illa maior est intelligenda in entibus realibus, quia in entibus factis ab operatione intellectus non habet veritatem, ut dictum est. Modo genus et universale sunt entia rationis. Ideo unum potest alterum denominare, et tamen unum illorum est inferius respectu alterius.

Ad cuius evidentiam est intelligendum quod genus secundum aliam et aliam rationem est universale speciale et inferius ad universale in communi, et denominans universale commune quod est superius ad ipsum, quia genus est inferius ad universale in communi sicut species universalis quod est genus ad 5 universalia; unde 5 universalia sunt quaedam inten-

215-242 NPS

217 quandocumque unum: quidquid N. 217-218 unum²-alterum: non potest esse genus respectu eius nec inferius N. 224 intentionibus: entibus intentionalibus N. 226 reflecti: se reflectere N. etiam: entia N. 227 quaedam: quoddam S. 228 possunt-denominando: ipse intellectus potest reverti supra ea denominando ea per se ipsa N. 237 alterius +lin.203-213 alterius versionis P. 238 rationem: acceptionem P. 241 universalis: +quod scilicet universale P.

210 catio denominativa, immo accipitur genus in universali pro intentione generis in universali fundata supra istud obiectum quod est universale et supra quodcumque aliud obiectum. Et isto modo genus est species universalis et est ibi praedicatio univoca et superioris de inferiori.

215 Et ex hoc soluta est sequens ratio quando dicebat "si universale esset genus etc, tunc idem esset superius et inferius respectu eiusdem", falsum est, quia dicendo 'universale est genus' ibi est praedicatio denominativa et non praedicatur genus de universali sicut superius de inferiori. Sed dicendo 'genus est universale' ibi est praedicatio superioris de inferiori sive generis de specie. Et sic idem non est superius et inferius respectu eiusdem.

220

Ad aliam cum dicitur "omne genus est abstractum a suis speciebus", concedatur. Et cum dicitur "universale non est abstractum ab istis 5 universalibus", falsum est. Et cum dicitur "omnis abstractio fit per intellectum agentem", dico quod aliquid esse abstractum potest intelligi
 225 dupliciter: vel esse abstractum a conditionibus individuantes et a fantasmatibus, et omne quod est sic abstractum per intellectum agentem est abstractum. Alio modo dicitur aliquid esse abstractum, id est intellectum confusiori et communiori intellectu sicut animal est communius quam homo et ad plura se extendens. Modo illud quod est sic abstractum non
 230 oportet quod sit abstractum per intellectum agentem, quia ista non est abstractio propria, immo est quaedam intellectio vel apprehensio rei sub ratione communiori. Et illud potest esse abstractum per intellectum pos-

210-213 BLPV. 214-233 BLV.

215 eiusdem: +dico quod L. 216-220 quia-eiusdem: quia uno modo est praedicatio denominativa, alia est superioris de inferiori B. 221 omne: om.L. 222 universalibus: +dico quod L. 228 communius: confusius B. 232 ratione: modo L.

tiones speciales sub universali quod est genus ad ea. Sed genus est denominans universale ut est quaedam particularis et individua intentio generis concreta sub specie intentionis generis, sicut et genus quod de animali praedicatur, est quaedam intentio particularis generis. Et hoc non est inconveniens quod unum denominat alterum et quod unum sit inferius respectu alterius diversimode. Ideo etc.

Per idem ad aliam rationem cum dicitur "si universale esset genus ad 5 universalia, tunc unum et idem respectu eiusdem esset magis commune et minus commune", falsum est. Et ad probationem cum dicitur "genus est universale, universale est tunc in plus quam genus", verum est, quia universale est superius essentialiter et genus ad ipsum genus, et est tunc praedicatio essentialis et per se, quia tunc praedicatur genus de sua specie et idem est in plus. Et tu dicis ulterius quod dicendo "'universale est genus' universale est in minus quam genus", falsum est, quia ibi non est praedicatio per se sed per accidens et denominativa sicut et ista 'animal est genus'. Et si dicas sicut dicebatur prius contra "quia quaecumque unum denominat alterum unum non est inferius respectu alterius nec e converso, quia talia sunt diversa essentialiter", verum est in entibus rebus non tamen habet veritatem in entibus rationis cuiusmodi sunt genus et universale sicut dictum fuit prius in solvendo istam rationem. - Vel dicendum, etiam sicut prius, quod genus diversimode denominat universale et est inferius respectu eius, ut dictum est.

Ad aliam cum dicitur "commune debet esse abstractum per intellectum agentem a particularibus, quia operatio intellectus agentis est abstrahere", dico quod duplex est abstractio, quia quaedam est abstractio proprie dicta per quam abstrahitur aliquid a conditionibus materialibus et individuantibus. Et ista abstractio solum pertinet ad intellectum agentem, quia intellectus agens est quod habet abstrahere fantasmata et quod-quid-est rei a conditionibus individuantibus ad hoc quod intelligatur. Alia est abstractio alicuius quod non est aliud quam intellectio eius penes aliquem modum essendi communioem in quo convenit cum aliis. Et talis ab-

243-273 NPS.

248 etc: +quia genus in speciali sumptum cum aliis universalibus sunt quaedam species ad universale in communi. Sic genus praedicatur de genere et est superius respectu generis. Sed in quantum genus est particularis intentio sic ipsum praedicatur de universale per accidens ut 'universale est genus' N. 256-258 quia-genus: *om.P.* 256 ibi: +praedicatur universale est genus S. 257 praedicatio: *om.S.* 259 inferius: genus V. 262 rationem: quaestionem S. 273 communioem: communem NP.

sibilem. Modo universale isto modo est abstractum ab istis 5 universalibus, quia est in intellectu sub ratione magis communi quam alia 5 universalialia.

235

Vel potest aliter dici quando dicitur "omne genus est abstractum a suis speciebus etc", concedatur. Et cum dicitur "universale non potest esse abstractum a suis speciebus etc", falsum est. Et cum dicitur "intellectus agens non extendit se ad ista quae sunt in intellectu possibili", verum est, per se postquam sunt in intellectu possibili. Sed operatio intellectus agentis bene extendit se ad principia eorum quae sunt in intellectu possibili. Modo universale in communi habet modum essendi communio-
 240 rem in re quam 5 universalialia vel quam sint modi essendi illorum, quia universale in communi habet modum essendi qui est esse in pluribus absolute, sed 5 universalialia habent modos essendi speciales sicut esse in pluribus differentibus numero vel specie et sic de aliis. Et ideo quia intellectus agens abstrahit ab istis modis essendi specialibus aliquam rationem communem quae reperitur in intellectu possibili, ideo universale in communi est abstractum ab istis 5 universalibus.

245

233-249 BLV

234 quia-intellectu: per intellectum L. ratione: conceptu L.

236 omne: *om.*B. 238 etc. +dico quod L. 239 possibili: +dico quod L.

243 5 universalialia: in 5 universalibus L.



stractio pertinet ad intellectum possibilem factum in actu per primam
 275 cognitionem rei. Maior ergo debet intelligi de abstractione proprie dic-
 ta. Et cum dicitur in minori "universale non potest esse abstractum a 5
 universalibus per intellectum agentem", verum est quia non abstrahitur
 ab eis abstractione proprie dicta, sed abstractione improprie dicta quae
 est intellectio eius penes modum essendi communioem quam sit modus es-
 280 sendi quem habet cum est in aliquo illorum 5 universalium. Et talis in-
 tellectio sive abstractio pertinet ad intellectum possibilem. Et talis
 etiam abstractio sufficit ad hoc quod aliquid sit abstractum et sit com-
 mune ad aliqua. Ideo etc.

Si autem aliquis voluerit sustinere opinionem Alberti potest solvere
 285 rationes in oppositum probantes quod universale sit genus ad 5 universa-
 lia.

Ad primam cum dicitur "omne illud quod est subiectum in aliqua scien-
 tia est commune. Cum ergo universale sit subiectum in ista scientia, o-
 portet quod sit commune ad 5 universalia", concedatur. Et cum dicitur
 290 "aut genus est commune aequivocum aut univocum aut analogum" dico quod
 est commune analogum. Et quando tu probas quod non, quia ratio univer-
 salia dicitur univoce de 5 universalibus, dico quod falsum est, immo di-
 citur de genere et specie per prius quam de aliis et per prius de genere
 quam de specie ut visum est in positione Alberti. Et postea dicitur de
 295 differentia, quia differentia dicitur significare aliquid per modum qua-
 lis substantialis, et postea de proprio quia magis essentialiter conse-
 quitur speciem quam accidens cum causatur ex propriis principiis speciei,
 et ultimo de accidente.

274-298 NPS.

274 primam: priorem N. 294 de-specie: prius de genere quam de spe-
 cie S. 296 proprio: +et ultimo de accidente N. quia: +proprium N.
 298 et-accidente: sed accidens ex principiis individui N.

Contaminated versions*Ms. B**MS.P*

Ad aliam cum dicitur "illud quod praedicatur de pluribus differenti-
 300 bus specie secundum unum nomen et unam rationem est genus", concedo, si
 illa ratio coaeque et aequaliter servetur in omnibus speciebus. Sed si
 servetur in una per prius et in alia per posterius, non est verum. Modo
 ratio universalis per prius servatur in genere quam in specie et sic de
 aliis ut visum est. Ergo etc.

N, additions

Post lin.24, Item:

Quandocumque aliquid denominat alterum, illud non potest esse genus
 illius a quo denominatur et respectu illius quod est superius. Sed genus
 in speciali sumptum denominat universale in communi et est superius illi-
 us universalis in communi. Ergo non est genus universale in communi ad
 tale in speciali, et si sic, ideo etc. Maior patet, quia cum album deno-
 minat hominem, ergo homo non est genus ad album. Similiter cum intentio
 generis denominat mihi universale in communi, etc. Et illud universale
 in communi est inferius ad genus in speciali ut dicendo 'universale in
 communi est genus'.

Vel aliter:

Post lin. 77

Vel sic: Quando aliquid est genus ad aliqua oportet quod sit abstrac-
 tum ab illis, quia universale semper dicit mihi abstractionem aliorum, quo-
 rum est universale. Sed universale sumptum in communi non est huiusmodi.
 Quia cum 5 universalis sunt recepta in intellectu possibili intellectus a-
 gens non agit in talia, quae iam intellectus possibilis recepit, sed quae
 sunt in fantasmatis.

Post lin.87 universalis

Maior patet. Minor etiam apparet quia universale in communi sumptum ha-
 bet modum praedicandi de pluribus. Secundum istam rationem communem prae-
 dicatur de omnibus universalibus univoce. Praedicatur enim de genere et
 de specie et de omnibus aliis hac ratione. Ideo sequitur quod ista scien-
 tia sit una.

Post lin.304

Vel aliter: sicut se habet modus essendi communis a quo sumitur u-
 niversale in communi quod est intentio secunda ad modos essendi etc. Sed
 modus essendi in communi a quo accipitur universale in communi non prae-
 dicatur univoce de modis essendi specialibus a quibus sumuntur universa-
 lia in speciali, quia ille modus essendi per prius in universalibus es-
 sentialibus reperitur et posterius in accidentibus scilicet proprio et
 accidente.

Tunc ad rationem contra cum dicitur "si hoc esset verum etc" dico
 quod illud universale est commune analogum quia IV. Metaphysicae dicitur
 quod unitas subiecti secundum rationem analogam sufficit ad unitatem
 scientiae.

299-304 NPS

301 illa: tota N. servetur: salvatur P (et sic saepius). 302 est
 verum: oportet P.

QUAESTIO 6

Utrum universale habeat esse circumscripta operatione intellectus

Consequenter quaeritur circa quaestiones quas Porphyrius enumerat in littera a quibus dicit se abstinere. Et quia primo dicit quod abstinebit se ab ista quaestione, utrum universale sit in rerum natura vel in intellectu, ideo quaeratur utrum universale habeat esse circumscripta quacumque operatione intellectus.

Et arguitur quod sic, quia universale est quod est aptum natum esse in pluribus. Modo dato quod non esset intellectus res de se est apta nata esse in pluribus. Ergo res circumscripta operatione intellectus est universalis. Maior patet per definitionem universalis. Minor patet, quia natura hominis et equi et sic de aliis esset in pluribus extra animam vel est apta nata esse in pluribus, dato quod intellectus non esset.

Item, obiectum cuiuslibet potentiae debet istam potentiam praecedere cuius est obiectum. Modo universale est obiectum intellectus. Ergo universale praecedit intellectum et eius operationem. Modo illud quod praecedit intellectum et eius operationem potest esse circumscripta operatione intellectus. Quare etc.

In oppositum est Commentator in prohemio De anima super istam partem "universale aut nihil est aut posterius; vult enim super istam partem quod intellectus est qui facit universalitatem in rebus. Et illud idem est de sua intentione super XII. Metaphysicae, ubi dicit quod intellectus in pluribus singularibus considerat unam similitudinem et facit eam unum universale. Ergo apparet per Commentatorem quod universale non est sine operatione intellectus.

Item, hoc arguitur ratione, quia universale est quod est unum in multis et de multis, ut dicitur I. Posteriorum. Modo nihil est extra animam quod sit unum in multis sine operatione intellectus, quia omne quod est extra animam est signatum et particularizatum. Ergo aliquid non est universale sine operatione intellectus.

1-23 BLPV. 24-28 BLP.

8 circumscripta: +quacumque LP. est: habet esse LP. 9 minor: +etiam LP. 10 esset in pluribus: ut est LP. vel: om.LP.
15 circumscripta: +omni L +qualibet P. 16 quare etc.: om.LP.
18 enim: +Commentator LP. 19 est¹: +ille LP. 27 et particularizatum: om.L +seu participatum B.

QUAESTIO 6

Consequenter quaeritur circa quaestiones quas enumerat Porphyrius et primo quaeritur utrum universale habeat esse praeter operationem intellectus.

5 Arguitur primo quod sic, quia universale est quod est aptum natum esse in pluribus sine operatione intellectus. Sed aliquod habet esse sine operatione intellectus. Ergo universale habet esse sine operatione intellectus. Maior patet per definitionem universalis, quia haec est definitio. Minor declaratur quia homo et equus habent esse in pluribus, dato quod intellectus non esset.

10 Item, obiectum cuiuslibet potentiae debet praecedere illam potentiam, cuius est obiectum. Sed universale est obiectum intellectus. Ergo universale praecedit intellectum et operationem eius. Si sic, habet esse sine operatione intellectus quia prius potest absolvi a suo posteriori. Maior patet quia obiectum deducit potentiam cuius est de potentia ad actum. Minor patet 3^o De anima.

15 Oppositum videtur ex intentione Commentatoris prohemio De anima, ubi vult quod intellectus agens est qui facit universalitatem in rebus.

1-17 NS.

2 quaeritur: *om.N.* intellectus: +et an sit secundum intellectionem solum vel ens reale extra animum N. 4 primo quod sic: *om.N.* est aptum natum: potest N. 5-6 sed-intellectus¹: *om.N.* 6-7 ergo -intellectus: ideo etc. N. 7-8 quia-definitio: quae est quod universale est quod est aptum natum esse in pluribus N. 9 intellectus-esset: nullus intellectus sive operatio intellectus esset S. 11 cuius est obiectum: *om.N.* 15 actum: +ideo oportet obiectum praecedere N. anima: +scilicet quod universale est obiectum intellectus N. 17 facit: causat N.

Ad istam quaestionem dicendum est quod universale potest accipi dupliciter vel in actu vel in potentia. Universale in actu est res quae est actu universalis sive supra quam est fundata intentio universalis. Universale autem in potentia est quod-quid-est rei quod est in potentia ut sit actu universale et ut supra ipsum fundatur intentio universalis.

Tunc dico duo ad quaestionem. Primo quod universale in actu non est sine operatione intellectus.

Secundo dico quod universale in potentia habet esse circumscripta operatione intellectus.

Primum declaratur sic, quia universale in actu potest accipi dupliciter, vel quantum ad primam intentionem vel quantum ad secundam. Universale in actu quantum ad primam rationem universalis est res primo intellecta sub proprio modo rei ut homo vel animal secundum quod intelligitur <ut> sentiens vel movens. Et haec est prima intentio sive cognitio rei. Talis prima rei intentio secundum modum essendi proprium eius est universale in actu quod est prima intentio. Universale autem in actu quod est secunda intentio est res intellecta ut est in pluribus vel cognitio rei sic intellectae. Modo quocumque modo sumatur universale in actu sive pro intentione prima sive pro secunda non habet esse circumscripta operatione intellectus, quia ad hoc quod aliquid sit universale in actu quocumque illorum modorum oportet quod sit actu abstractum a singularibus. Modo omnis abstractio est per intellectum agentem. Ergo ad hoc quod aliquid sit universale in actu sive quantum ad primam sive quantum ad secundam intentionem requiritur operatio intellectus agentis.

Item, universale quocumque modo sumatur, sive pro prima intentione sive pro secunda, in concreto acceptum est res intellecta. Ergo si accipiatur vel pro prima intentione quae est cognitio rei absoluta vel quantum ad secundam cognitionem, quae est cognitio rei ut in pluribus, quae est cognitio respectiva non est sine operatione intellectus qui nulla cognitio intellectiva est sine operatione intellectus. Ergo actu universale sive pro prima intentione sive pro secunda non est sine operatione intellectus.

29- 54 B (*in marg.*) LPV.

32 autem: *om.BV.* 36 dico: *om.LP.* 41 <ut>: vel B *om.LPV.*
 42 et haec: vel PV. sive: vel LP. talis: +enim PV +est L,
 43 eius: cuius P cuius est V. 44 in actu²: *post intentio lin.45 LP*
 47 esse: +universale LP. 48 in actu B: actu L *om.PV.* quocumque:
 aliquo L primo P. 50 abstractio: +a singularibus LP. ergo: +oportet quod LP.
 50-51 universale in actu: actu V actuale L. 53 sumatur: *om.LP.* 55 absoluta: absolute LPV. 56 quae²: *om.L.* 57 non-
 quia: modo BLV.

Ad istam quaestionem dico quod universale potest accipi dupliciter, scilicet vel pro re vel pro intentione secunda concreta. Modo si universale accipitur pro re adhuc hoc est dupliciter, quia aut accipitur pro re obiecta universalitati aut pro re absolute. Verbi gratia, sicut homo potest considerari vel pro re secundum quod sibi attribuitur haec intentio secunda quae est species vel pro natura humana absolute.

Tunc dico ad quaestionem, quod si universale accipitur pro re ut est obiecta intentioni universalitatis vel pro intentione concreta in habitudine ad rem quam denominat, sic dico quod universale non potest esse sine operatione intellectus.

Secundo dico, si universale accipitur pro re absoluta quae est in potentia ad hoc ut sit obiectum intentionis universalis sic potest esse praeter operationem intellectus.

Primum istorum declaratur quantum ad duo quae includit, primo quod universale quod est intentio non potest esse sine operatione intellectus, secundo quod nec universale quod est res actu subiecta universalitati.

Ad cuius evidentiam est intelligendum quod ad hoc quod aliquid sit universale istis duobus modis tria requiruntur: Primo quod naturae suae non repugnat esse in pluribus. Et quia Sorti et Platoni et cuilibet individuo repugnat esse in pluribus, ideo individuum non potest esse universale. Secundo requiritur quod illud quod significat sit aliquid unum in multis, et propter hoc aequivocum non potest esse universale proprie, quia illud quod aequivocum significat non est aliquid unum in multis, immo sunt multa in multis. Tertio requiritur quod praedicetur de illis pluribus, in quibus est.

Ex hiis patet quod intentio universalis sive universale quod est res cui actu applicata est intentio universalis non potest esse praeter operationem intellectus.

18-27 BNS. 28-30 N. 31-45 BNS

19 scilicet: *om.N.* secunda: *om.N.* 20-21 adhuc-absolute: obiecta universalitati quam denominat, hoc est dupliciter, aut pro re cui actu applicata est intentio universalitatis vel quae actu obiecta est intentioni universalitatis, vel potest accipi pro re cui applicari potest intentio non ut applicata est N. 21 homo: *om.S.* 22 vel: *om.N.* vel-quod: prout B. 24 quaestionem: +et primo N. ut: quae actu N. 25 habitudine: +et applicatione S. 26 universale: *om.N.* 28-30 *om.BS.* 31-33 primum-secundo: *om.B.* 31 quae includit: sui membra N. 31-33 primo-universalitati: *om.N.* 35 duobus: *om.N.* 37-41 ideo-multis: *om.B.* 40-41 immo multis: *om.N.* 41-42 in quibus est: et illud tetigit Philosophus I. Posteriorum dicens quod universale est unum in multis et unum de multis quia praedicatur de multis N. 42 intentio universalis: universale quod est intentio secunda concreta quae denominat rem N. 44 actu applicata est: applicatur S applicabilis est B.

60 Secundum declaratur, scilicet quod universale in potentia, id est u-
niversale ut dicit rem cui potest applicari intentio universalis, potest
esse circumscripta operatione intellectus, quia illud universale in poten-
tia est quod-quid-est rei vel essentia rei quae est in potentia ut intel-
ligatur vel quantum ad primam rei cognitionem quae est cognitio absoluta,
65 vel quantum ad secundam cognitionem rei secundum quod intelligitur ut est
in pluribus, quae est cognitio respectiva. Modo ipsum quod-quid-est et es-
sentia rei habet esse praeter operationem intellectus ut patet de se. Er-
go universale in potentia potest esse circumscripta operatione intellec-
tus.

60-69 B (*i mg.*)LPV.

65 secundum-ut: ut P secundum quod L.

66 et: *om.*LP.

Cuius ratio est, quia cuius conditiones essentialiter requisitae ad suum esse non habent esse praeter operationem intellectus, nec ipsum habet esse praeter operationem intellectus. Sed conditiones requisitae ad esse universale quod est intentio secunda vel universale quod est res ut obiecta est intentioni universalis non habent esse praeter operationem intellectus, ergo etc. Maior patet. Minor declaratur, quantum ad utramque partem eius. Primo quod conditiones essentialiter requisitae ad esse universale quod est secunda intentio ut applicatur ad rem non possunt esse praeter operationem intellectus. Secundo quod nec conditiones universalis quod est res ut actu subiecta universalitati. Primum declaratur, quia universale quod est intentio secunda concreta vel abstracta est intellectio vel ratio intelligendi rem ut est in pluribus et prout de pluribus praedicatur. Res autem intellecta ut est unum in pluribus vel intelligere rem ut est unum in pluribus non potest esse sine intellectu quia intelligere quod est operatio intellectus non est sine intellectu, ergo etc. Secundo declaratur, quia res obiecta cui applicata est intentio universalis oportet quod accipiat ut unum in multis et abstracta a conditionibus individuantibus, et quod sit apta nata praedicari de pluribus. Modo praedicare de pluribus non potest esse sine operatione intellectus saltem agentis, quia res ut est extra animam cum sit signata et particularizata non praedicatur. - Item abstractum esse a conditionibus individuantibus non potest esse sine operatione intellectus agentis. Et sic sequitur conclusio principalis scilicet quod universale ut est res subiecta universalitati et ut est intentio secunda non potest esse sine operatione intellectus.

Secundum principale declaratur, scilicet quod universale quod est res absolute quae est in potentia ad hoc quod sit obiectum intentionis universalis potest esse sine operatione intellectus. Quia quod-quid-est sive

46-72 BNS.

47-48 nec-intellectus: *om.S.* 49-50 quod-universalis: utroque modo sump-
tum N. 49-53 vel-intentio: *om.B.* 51 patet: +ex quo enim aliquae sunt
conditiones quae essentialiter ad esse alicuius requiruntur tunc si tales
conditiones non sunt sine intellectione nec illud etc N. 54-55 secundo
-declaratur: *om.N.* 57 et-praedicatur: *om.BS.* 58 pluribus: multis BS.
61 declaratur: +quod conditiones requisitae essentialiter ad esse univer-
salis quod est res ut est actu subiecta intentioni universalitatis non ha-
beant esse praeter operationem intellectus N. obiecta: absoluta B.
applicata: applicabilis BS. 63 praedicare: praedicari N. 64 agentis:
+quia ad omnem modum praedicandi requiritur operatio intellectus saltem
agentis N. 65 particularizata: particularis N. 67-69 agentis-
intellectus: *om.N.* 70 principale-scilicet: *om.N.* 72 intellectus:
+declaratur N.

70 Tunc ad rationes ad primam cum dicitur "universale est quod etc",
 dico quod istud universale est illud quod est in potentia universale:
 quod-quid-est et essentia rei quae est universalis in potentia, est il-
 lud quod est aptum natum esse in pluribus, et non universale in actu.
 Sed universale in actu est res intellecta ut in pluribus quantum ad se-
 75 cundam intentionem universalis, vel res primo et absolute intellecta,
 quantum ad primam, ut visum est. Modo bene concessum est quod univer-
 sale in potentia potest esse sine operatione intellectus, licet univer-
 sale in actu non possit esse. Et ideo non valet ratio.

80 Ad secundam rationem, quando dicitur "obiectum cuiuslibet potentiae
 etc", concedo quod obiectum primum cuiuslibet potentiae praecedit illam
 potentiam cuius est obiectum. Et cum dicitur "universale est obiectum
 intellectus", verum est, universale in potentia, scilicet quod-quid-est
 et essentia rei; illud enim est primum obiectum intellectus. Sed bene
 verum est quod universale in actu potest esse obiectum intellectus, non
 85 tamen est primum obiectum sed secundarium.

70-85 BLPV.

71 universale¹: *om.BV.* 72 et: *om.LP.* 76 quantum ad primam: *om.BV.*
 77 sine operatione: praeter operationem PV. licet: sed L vel P.
 78 possit: posset B potest L. 79 secundam rationem: aliam PV.
 quando: cum PV.

essentia rei est in potentia ad hoc quod sit universalis, quia est in potentia ad hoc quod abstrahitur, et per consequens ad hoc quod sit unum in multis et praedicatur de multis, quia ante abstractionem intellectus agentis aliquid est signatum et coniunctum conditionibus individuantes. Et ut sic non est unum in multis nec dicitur de multis. Modo illud quod est in potentia ad hoc quod abstrahatur non est unum in multis nec dicitur de multis. Et tale potest esse praeter operationem intellectus. Ergo universale acceptum pro re absolute considerata quantum ad naturam suam et quod-quid-est eius potest esse sine operatione intellectus.

Vel aliter potest declarari, quia quod-quid-est rei existentis extra animam non habet esse ex operatione intellectus. Sed universale pro re absolute sumpta est quod-quid-est sive essentia rei existentis extra animam, ergo etc.

Tunc ad rationes in oppositum, ad primam, quando dicitur "universale est quod est aptum natum esse in pluribus", dico quod universale quod est res cui potest applicari intentio universalitatis ut est quidditas rei potest esse vel aptum natum est esse in pluribus. Et ideo bene concedo quod tale potest esse sine operatione intellectus ut dictum est. Universale autem quod est res subiecta universalitati vel quod est intentio secunda non potest esse sine operatione intellectus, quia ad hoc quod aliquid sit universale istis duobus modis non sufficit quod sit aptum natum esse in pluribus, immo requiritur plus, scilicet quod sit unum in multis et de multis dicatur. Et isti modi essendi non possunt esse sine operatione intellectus saltem agentis, et sic accipiendo universale istis duobus modis, scilicet pro re subiecta vel pro intentione manifestum est quod ratio peccat per fallaciam aequivocationis ab insufficienti.

Ad aliam cum dicitur "obiectum cuiuslibet potentiae debet praecedere potentiam cuius est obiectum", concedatur. Ad minorem cum dicitur "universale est obiectum intellectus", verum est, universale quod est res absolute, sive quod-quid-est rei quod est in potentia universale. Et tale praecedit intellectum et operationem intellectus, et ideo de tali concessum est quod potest esse sine operatione intellectus. Si autem accipiat pro

73-85 BS. 86-104 SN.

74 abstrahitur: +abstractione intellectus agentis N. 74-75 et-multis: om.BS. 75-76 ante-aliquid: om.N. 77 ut: om.N. non-illud: om.N. 80-81 quantum-eius: quod est quod-quid-est sive essentia rei N. 82-85 hic aliam versionem adhibet N (videtur inf. 94). 84 existentis extra animam: om.S. 86-88 dico-pluribus: om.S. 89 bene: om.N. 91 universalitati: intentioni actu N. 100 ad minorem: et S.

Sed tu obicias contra hoc, quia illud quod est ens in potentia non potest deducere ipsum de potentia ad actum. Modo obiectum intellectus habet intellectum de potentia deducere ad actum, ergo universale in potentia non est obiectum intellectus, quia illud intellectum non potest
 90 inducere, nec ipsum educere de potentia ad actum. Ergo solutio prius data non valet.

Dico ad hoc quod illud quod est in potentia secundum quod est in potentia ut sic non deducit alterum ad actum. Tamen quod est in potentia ad aliud est tamen ens in actu secundum se et istud bene potest id quod
 95 est in potentia ad actum deducere. Et quando dicitur "obiectum intellectus est ens actu, quia habet ipsum deducere de potentia ad actum", concedo, quia secundum se sit aliquod ens in actu. Unde licet essentia rei sit in potentia ut sit universalis, tamen est aliquid actu secundum se; ideo bene potest deducere intellectum de potentia ad actum, licet sit
 100 in potentia ut sibi applicetur intentio universalis.

86-100 BLPV

86 sed: si B et LP. obicias: diu LP. 87-88 modo-actum: *om.VP^{ac}*.
 87 ipsum: intellectum LP^{P^c} *def.V*. 88-90 ergo-actum: *om.P*.
 89-91 quia-valet: *om.B*. 90 educere: inducere L *def.BP*. 93 deducit:
 educit B inducit L. alterum: intellectum LP. 94 in: *om.LP*.
 et: *om.LPV*. 96 ipsum: intellectum LP. 97 quia secundum se: quia
 essentia rei secundum se L quod secundum se P secundum quod secundum se B.
 99 potest deducere: deducit B *def.L*. 100 applicatur B applicet LP.

105 re quae est actu universalis vel pro intentione secunda, sic dico quod
universale non est obiectum primum intellectus, et ideo non oportet quod
praecedat intellectum, immo ut sic sequitur intellectum, ideo etc.

110 Forte tu argueres contra dicta quod universale quod est res quae est
in potentia universalis est obiectum intellectus, quia obiectum alicuius
115 potentiae debet ipsam deducere de potentia ad actum. Modo illud quod est
in potentia non potest aliquo modo deducere alterum quod est in potentia
ad actum quia illud quod deducit aliquid de potentia ad actum est ens ac-
tu. Sed intellectus est aliquid in potentia ut patet III. De anima. Ergo
universale quod est res in potentia universalis cum sit in potentia non
120 potest deducere intellectum ad actum. Et per consequens non potest esse
obiectum intellectus.

Ad hoc dicendum est quod illud quod est in potentia sub ista ratione
non potest deducere aliquid de potentia ad actum. Modo res quae est in
potentia universalis est aliquid actu secundum se quantum ad suam naturam
125 et suum quod-quid-est, licet sit in potentia ad intentionem universalis.
Modo res quae potest esse intentio universalis ratione suae naturae vel
quiditatis abstractae per intellectum agentem potest movere intellectum
possibilem, et sic est ens actu et obiectum intellectus, et non quantum
ad hoc quod est in potentia ad hoc quod talis res intelligatur ut est in
130 pluribus sive sit intentio universalis, ideo etc.

105-124 NS

108 dicta: hoc quod ego dixi scilicet S. 110-112 est-quod: *om.N.*
112 deducit: reducit S. 115 deducere: reducere S. 117 quod¹:
+omne N. potentia: +ens N. 120 quod-est: +et ratione illius quod
est actu in se quaedam essentia rerum illius actualitatis potest intel-
lectum mediante lumine intellectus agentis de potentia ad actum movere N.
120 Universalis: *om.N.* 121 intentio: *om.N.* 122 potest movere:
moveret S. 123 non quantum: numquam S. 124 potentia: +ad hoc S.
125 sit intentio universalis: dicatur de pluribus N.

N, additions*Post lin 15.*

Item, dicitur in libro VI Principiorum quod natura occulte operatur in hiis.

Item, quod potest esse circumscripto omni intellectu non habet esse ab intellectu. Universale est huiusmodi, ergo etc. Maior patet quia accidens non potest esse sine subiecto. Sed si universale esset in intellectu esset accidens eius. Sed est substantia ut homo animal. Minor declaratur quia species possunt esse absque omni intellectu generis.

Item, quidditates rerum sensibilium non sunt in intellectu. Sed universalis sunt quidditates rerum, ergo etc. Maior patet, quia quidditas indivisa est ab eo cuius est quidditas ut dicitur V. Metaphysicae. Minor apparet VIII. Metaphysicae ubi dicitur quod universalis sunt quidditates et essentiae inferiorum, ergo etc.

Item, principia substantiae et substantiae sunt eiusdem generis. Sed universalis sunt principia substantiae, ergo etc. Maior patet ex I. Physicorum, quia principia et praedicamenta debent esse eiusdem generis, ergo etc. Minor apparet, quia substantiae sunt per se existentes, quarum universalis sunt principia, ut genus et differentia hominis. Ergo etc.

Post lin. 17

Et arguitur ratione: Cuius esse dependet ab intellectu, hoc est in intellectu. Sed esse universalis dependet ab intellectu. Ergo etc. Maior apparet: in eo enim videtur aliquid esse a quo dependet. Minor patet, quia esse universale est ab intellectu ut patet per dictam auctoritatem Commentatoris.

Praeterea, si universale non esset in intellectu, sequeretur quod ponentur ideae Platonis. Consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia apparet I. Posteriorum. Falsitas consequentis patet III. De anima, quia universalis abstrahuntur per intellectum, ergo etc.

Pro lin. 82-85

Vel aliter: illud quod est in potentia ut sibi attribuaturs actu intentio universalitatis potest esse praeter omnem operationem intellectus. Sed huiusmodi universale quod est ipsum quod-quid-est sive essentia rei est huiusmodi, ergo etc. Maior patet quia ex quo quidditati rei quae est in singularibus potest applicari intentio universalitatis, ergo talis quidditas in eis potest existere praeter operationem intellectus. Minor patet, quia res subiecta cui actu non est applicata intentio universalis, in potentia est ad hoc quod sibi potest applicari intentio universalitatis.

Item, essentia uniuscuiusque indivisa est ab eo cuius est essentia. Sed huiusmodi universalis sunt essentiae rerum extra, ergo etc. Maior patet VIII. Metaphysicae. Minor declaratur quod universalis sint essentiae inferiorum, quia per se praedicantur de eis et inferiora definiuntur per universalis, diffinitio autem dicit essentiam et quidditatem rerum, ergo etc.

Post lin. 125

Ad tertiam cum dicitur quod potest esse circumscripto omni intellectu etc", conceditur. Et cum dicitur "universale est huiusmodi", dico quod verum est de universali pro re cui potest applicari intentio, non tamen de intentione sive pro re ut ei actu applicata est intentio.

Ad quartam cum dicitur "quiditates rerum sensibilium non sunt in intellectu", verum est, quiditates secundum se acceptae. Ad minorem cum dicitur "universalia sunt etc", dico quod verum est pro re absolute, non tamen pro intentione etc.

Ad quintam cum dicitur "principia substantiae et substantiae sunt eiusdem generis", concedatur. Sed dicis in minori "universalia sunt huiusmodi", dico quod verum est, pro re sed non pro intentione. Vel possum dicere quod non oportet quod omnia quae sunt eiusdem generis sint extra sive eadem specie, ut patet in prima substantia qui est extra et secunda quae est intellectus, quae tamen sunt eiusdem generis. Et ita ratio non concludit.

Tunc etiam respondendum est ad rationes quae volunt universale solum esse secundum intellectum.

Ad primam cum dicitur "cuius esse dependet ab intellectu etc", dico, verum est, eo modo quo dependet ab intellectu sic est in eo sive ab intellectu. Sed dicis "esse universalis dependet ab intellectu", verum est, pro intentione sive pro re actu subiecta intentioni. Non tamen pro re absolute cui applicari potest intentio. Et tu diceres "universale non potest esse nisi per intellectum. Ergo erunt in intellectu sive per operationem eius, quae sunt universales", dico quod res secundum se non dependet ab intellectu, sed secundum quod universalis, et ita non concludit.

Ad aliam cum dicitur "Si universale non esset in intellectu, sequeretur ponere ideas Platonis", dico per interemptionem. Et tu probas, quia III. De anima dicitur a Philosopho quod intellectus abstrahit universalia causando ea, dico quod verum est secundum rationem, non tamen <secundum> esse ut voluit Plato. Ergo etc.

QUAESTIO 7

Utrum ad esse universale sufficiat operatio intellectus agentis

Consequenter quaeritur: supposito quod universale non habeat esse si-
ne operatione intellectus, potest quaeri utrum ad hoc quod ipsum univer-
sale sit sufficiat operatio intellectus agentis vel cum hoc requiratur
operatio intellectus possibilis.

- 5 Arguitur quod sufficiat operatio intellectus agentis ad hoc quod sit
universale, quia quod est actu abstractum est actu universale. Modo ad
hoc quod aliquid sit abstractum sufficit operatio intellectus agentis.
Ideo etc. Maior patet, quia quod est actu concretum est actu singulare,
ergo per oppositum quod est actu abstractum a singularibus est actu uni-
10 versale per istam regulam Philosophi in Topicis "Si oppositum in opposito
et propositum in proposito".

- Item, idem apparet ex intentione Commentatoris Prohemio De anima qui
vult quod intellectus agens est qui facit universalitatem in rebus. Ergo
vult quod ad hoc quod aliquid sit universale sufficiat operatio intellec-
15 tus agentis.

- Item, sicut dicit Philosophus I.Posteriorum "universale est dum in-
telligitur et singulare dum sentitur". Quod ergo sufficit ad hoc quod
aliquid intelligatur sufficit ad hoc quod aliquid sit universale. Modo
operatio intellectus agentis sufficit ad hoc quod aliquid intelligatur.
20 Ergo operatio intellectus agentis sufficit ad hoc quod aliquid sit uni-
versale. Maior declarata est. Minor declaratur, quia intellectus pos-
sibilis est solum sicut recipiens, sed intellectus agens sicut causans
vel generans cognitionem in intellectu secundum intentionem Philosophi
et Commentatoris III.De anima.

- 25 Item, universale in actu in concreto est res intellecta ut in pluri-
bus, et in abstracto est intellectio rei ut est in pluribus. Modo ad hoc
quod aliquid intelligatur nihil facit effective intellectus possibilis,
sed solum intellectus agens. Quia sicut patet III.De anima intellectus
possibilis est qui est possibilis omnia fieri, intellectus autem agens

1-29 BLPV

1 esse: +in actu LP. 2 potest quaeri: om.B. 3 operatio: om.LP.
6 modo: sed LP. 13 vult: dicit LP. 17 et singulare: singulare autem
LP. 22 agens: +est PV. 23 cognitionem: scientiam LP. intellectu:
+sive cognitionem LP. 25 ut: +est LV. 26 et: vel V om.LP.
26 abstracto: +autem LP. 28-29 quia-agens: om.LP.

QUAESTIO 7

Consequenter quia probatum est quod universale pro intentione sive pro re cui actu applicata est intentio non habet esse praeter operationem intellectus, ideo quaeratur utrum ad universale quod habet esse per operationem intellectus sufficiat operatio intellectus agentis vel utrum
5 cum hoc requiratur operatio intellectus possibilis.

Et arguitur primo quod sufficit operatio intellectus agentis, quia omne concretum est singulare, ergo ab oppositis omne abstractum est universale, quia si oppositum in opposito et propositum in proposito. Tunc arguitur: Omne abstractum est universale ut probatum est. Sed ad hoc
10 quod aliquid sit abstractum sufficit operatio intellectus agentis. Ergo quia solum intellectus agens est qui abstrahit quod-quid-est a fantasmatibus, ut patet III. De anima, etc.

Hoc idem probatur auctoritate Commentatoris in prohemio De anima qui dicit quod intellectus agens est qui facit universalitatem in rebus, ideo etc.
15

Item, singulare est dum sentitur, universale autem dum intelligitur ut patet I. Posteriorum. Tunc arguitur: Illud quod sufficit ad hoc quod aliquid intelligatur sufficit ad hoc quod aliquid sit universale. Sed operatio intellectus agentis sufficit ad hoc quod aliquid sit universale,
20 le, quia quod intelligitur est universale. Minor declaratur, quia si solum operatio intellectus agentis non sufficeret ad hoc quod aliquid intelligatur, tunc nihil posset intelligi, quod patet, quia intellectus possibilis non intelligit nisi id quod sibi offertur a lumine intellectus agentis et secundum quod abstractum per intellectum agentem, ideo
25 etc.

1-25 SN.

1-2 pro-intentio: <i>om.S.</i>	7 ergo: +per locum N.	8-9 quia-universale:
<i>om.N.</i>	13 qui: ubi N.	13-14 ideo etc: <i>om.S.</i>
19-20 sit universale: intelligatur, ideo etc N.		17 patet: dicitur N.
<i>om.N.</i>	21 operatio-agentis: intellectus agens N.	20 quia-universale:
intelligeretur N.	24 abstractum: +est N.	22 intelligatur:

30 est qui est potens omnia facere. Ergo ad hoc quod aliquid sit universale sufficit operatio intellectus agentis.

Oppositum arguitur, quia nulla secunda intentio habet esse sine operatione intellectus possibilis. Sed universale in actu est quaedam secunda intentio. Ergo universale in actu non potest esse sine operatione intellectus possibilis. Maior patet, quia communiter dicitur quod istae intellectiones secundae habent esse ab intellectu agente inchoative et ab intellectu possibili complete. Minor patet de se.

Item, operatio intellectus agentis naturaliter praecedit quamlibet operationem intellectus possibilis. Modo universale ut est secunda intentio non potest praecedere operationem intellectus possibilis. Ergo universale quod est secunda intentio non potest sufficienter esse per operationem intellectus agentis. Maior patet quia sicut agens naturaliter praecedit passivum, ita intellectus agens et eius operatio naturaliter praecedit intellectum possibilem et eius operationem. Minor declaratur, quia universale ut est secunda intentio est quaedam secunda rei cognitio vel res secundario intellecta, scilicet ut est reperibilis in pluribus, quae est cognitio respectiva. Modo cognitio rei respectiva praesupponit eius cognitionem absolutam. Ergo universale quod est secunda intentio praesupponit operationem intellectus possibilis, quia cognitio rei est operatio intellectus possibilis, quia intellectus agens nihil intelligit secundum Commentatorem III. De anima.

Ad quaestionem solet dici communiter quod universale habet esse inchoative ab intellectu agente, sed complete habet esse ab intellectu possibili. Et per istam distinctionem volunt omnia argumenta solvere.

55 Sed ego dico quod universale actu aut dicit primam intentionem universalis aut dicit secundam, et istae intentiones possunt accipi in abstracto et concreto. Modo primo videamus quid sit intentio prima et quid secunda, tam in abstracto et in concreto. Intentio prima universalis in abstracto est prima rei cognitio vel intellectio secundum proprium modum essendi ipsius rei. Prima autem intentio in concreto est res primo modo intellecta secundum proprium apparens vel modum essendi ipsius rei, sicut homo secundum quod intelligitur ratiocinans vel sentiens dicitur prima intentio, et sicut dico de homine sic intelligo de aliis.

30-63 BLPV

34 potest: habet LP. 36 intellectiones: intentiones PV. 39 modo: sed LP. 47 cognitio: intellectio PV. 49 cognitio: intellectio B def.V. 59 vel: +prima LP. 60 res: ipsa res ut est LP. 61 vel: proprium LP.

Oppositum arguitur, quia universale de quo quaeritur hic est quaedam intentio secunda. Modo omnis intentio secunda habet esse per intellectum possibilem vel saltem ad ipsam requiritur intellectus possibilis. Ergo ad universale quod est intentio secunda non sufficit operatio intellectus agentis, immo et cum hoc requiritur intellectus possibilis.

Item, operatio intellectus agentis naturaliter praecedit omne intelligere quidquid sit de tempore, quia dubium est utrum praecedat tempore. Sed nulla intentio secunda nec per consequens universale cum sit quaedam intentio secunda praecedit intelligere sive esse intellectum. Et sic nullum universale habet esse ex sola operatione intellectus agentis, immo cum hoc requiritur operatio intellectus possibilis, cum non praecedat intelligere quod est operatio intellectus possibilis nec esse intellectum quod non habet esse sine operatione intellectus possibilis. Maior patet, quia intellectus possibilis intelligendo praesupponit intellectum agentem et suam operationem ut visum est. Sicut ipse intellectus agens non intelligit ea in quae agit, quia agens est sine cognitione ut dicit Commentator III. De anima sicut sol est agens in inferioribus sine cognitione. Minor declaratur, quia omnis intentio fit ab intellectu ex hoc quod intellectus intelligit aliquid sub aliquo modo essendi communi, sicut universale quod est intentio secunda vel res intellecta ut est principium intelligendi plura vel ut est in pluribus. Modo aliquid non potest intelligi ut dicibile de pluribus nisi praesupponit ipsum intelligere secundum se. Ideo etc.

Cf. 114-130.

26-48 SN

27 intentio-modo: *om.N.* 37-39 nec-possibilis: *om.N.* 40 sicut: sed N. 42-43 sicut-cognitione: *om.N.* 43 minor: +patet et N. 44 intellectus intelligit: intelligitur N. aliquid: aliqua res N. 46 principium-plura: praedicabilis de pluribus N. 47 nisi: *om.S.* intelligere: *om.N.* 48 se: esse N.

Secunda intentio universalis in abstracto est ratio intelligendi rem
 65 ut est in pluribus, et talis non est intellectio rei absoluta sed respec-
 tiva, quia prius est intelligere rem absolute quam ut est in pluribus.
 Sed intentio secunda universalis in concreto est res intellecta ut est in
 pluribus. Et sicut dico de universali, sic intelligo de aliis intentio-
 nibus incomplexis et attributis rei incomplexae iuxta primam operationem
 70 intellectus, sicut est praedicatum et subiectum et sic de aliis secundum
 diversos modos essendi ibi repertos. Sed de aliis intentionibus iuxta
 secundam et tertiam operationem intellectus cuiusmodi sunt syllogismus,
 inductio et similia, in sequentibus libris apparebit.

Tunc dico ad quaestionem quod universale in actu ut dicit primam in-
 75 tentionem in abstracto vel in concreto non est sine intellectu possibili.

Secundo dico quod ad ipsum universale acceptum isto modo ut dictum
 est effective nihil facit intellectus possibilis, sed magis intellectus
 agens et modus essendi rei ratione cuius fundatur in obiecto.

Tertio dico quod per accidens aliquo modo potest facere intellectus
 80 possibilis ad universale ut est secunda intentio.

Primum declaratur sic, quia universale sive sit prima intentio sive
 secunda sive in abstracto sive in concreto, est quaedam cognitio quantum
 ad universale in abstracto vel res cognita quantum ad universale in con-
 creto, absoluta quantum ad primam intentionem, respectiva quantum ad se-
 85 cundam. Modo nulla cognitio potest esse sine intellectu possibili, quia
 intellectus possibilis est subiectum omnis cognitionis intellectivae.
 Ideo sine intellectu possibili non est universale in actu, quocumque dic-
 torum modorum accipiatur.

Secundum declaratur sic, quia illud quod est in potentia ad omnem
 90 cognitionem et ad omnem rationem cognoscendi nihil facit effective ad
 aliquam rationem cognoscendi. Sed intellectus possibilis est in poten-
 tia ad omnem cognitionem secundum Philosophum III. De anima, qui dicit
 quod intellectus possibilis est qui est possibilis omnia fieri. Ideo
 intellectus possibilis nihil facit effective ad aliquam rationem intel-
 95 ligendi. Maior patet, quia quod effective facit ad aliquam cognitionem

64-95 BLPV

64 universalis: *om.*LP. 65 talis: +intellectio LP. 66 ut-pluribus:
 respective B. 70 est: +dicere LP. subiectum: +totum et pars LP.
 83 concreto: +absoluta vel respectiva PV. 86 subiectum: quasi subiec-
 tum et organum P subiectum et quasi organum L. 87 ideo: ergo LP.
 possibilis: +et operatione eius LP. actu: +quodammodo B. dictorum:
 illorum LP. 88 accipiatur: sumatur universale LP. 93 qui-possibilis:
 in potentia LP. ideo: ergo LV.

Ad istam quaestionem dicendum est quod universale potest accipi dupliciter, scilicet pro intentione secunda et pro obiecto sive re obiecta supra quam habet fundari secunda intentio universalis. Si pro intentione sic habet esse per intellectum agentem et per modum essendi rei ex quo sumitur universale, sed tamen cum hoc requiritur operatio intellectus possibilis. Si pro re obiecta supra quam habet fundari intentio universalis sic sufficienter potest esse per intellectum agentem.

Primum declaratur scilicet quod universale pro intentione secunda habetur per intellectum agentem et per modum essendi rei qui sibi in re correspondet et quod cum hoc requiratur operatio intellectus possibilis: utrumque istorum declaratur et primo prima sic, quod ad hoc quod sit aliquid universale quod est intentio secunda requiritur intellectus agens sive operatio intellectus agentis, quia intentio universalis attribuitur rei ut est in pluribus. Sed ad hoc quod res intelligatur ut est in pluribus requiritur intellectus agens, quia res extra animam existens est signata et particularis. Et ideo ad hoc quod sit universalis oportet quod abstrahatur a fantasmatis et conditionibus individuantibus. Sed abstrahere quod-quid-est a suis fantasmatis et conditionibus individuantibus pertinet ad intellectum agentem, quia haec est operatio intellectus agentis scilicet abstrahere quod-quid-est a fantasmatis, ut patet III. De anima. Ergo ad hoc quod res intelligatur ut est in pluribus requiritur intellectus agens. Quare sequitur conclusio principalis: ad hoc quod aliquid sit universale quod est intentio secunda requiritur intellectus agens et eius operatio.

49-72 SN

51 secunda: *om.N.* 56-59 scilicet-sic: quo ad utrumque sui membrum, primo quantum ad primum scilicet N. 64 universalis: universale N.
 66 suis: *om.N.* 68 quod-quid-est: *om.S.* fantasmatis: +et a conditionibus individuantibus N.

est in actu. Minor, ut dictum est, patet III. De anima. Unde intellectus possibilis est solum subiectum et recipiens omnem cognitionem sive sit prima cognitio sive secunda. Modo universale in actu est quaedam rei cognitio vel res cognita. Ideo ad ipsum universale nihil facit effective
 100 intellectus possibilis, immo effective facit ad ipsum modus essendi rei cum intellectu agente.

Et hoc declaratur et primo de universali quod est prima intentio, secundo de universali quod est secunda intentio.

Primum apparet sic, quia universale quod est prima intentio in abstracto est prima rei cognitio, vel in concreto est ipsa res primo cognita secundum se. Modo cognitio rei effective dependet ex obiecto illius cognitionis et intellectu agente. Modo obiectum intellectus est quod-quid-est ipsius rei sub modo essendi proprio eius fantasiato, ex quo sumitur talis ratio intelligendi. Ideo effective ad universale ut est intentio
 105 prima facit modus essendi rei fantasiatus et intellectus agens qui habet abstrahere ipsum quod-quid-est a fantasmatibus singularibus.

Item hoc apparet de universali quod est secunda intentio, quia universale quod est secunda intentio <in abstracto> est ratio intelligendi rem ut est in pluribus, et non est ratio intelligendi rem absolute sicut est
 115 prima intentio. Secunda autem intentio concreta est res intellecta ut est in pluribus, sicut quando dico 'homo est universalis' sensus est: homo est intellectus ut est in pluribus. Modo ad hoc quod res sit intellecta ut est in pluribus, effective facit res vel ipsum quod-quid-est quod est obiectum ipsius intellectus, et <communis> modus essendi correspondens isti
 120 rationi intelligendi cum intellectu agente. Ergo effective ad hoc quod sit universale quod est secunda intentio, facit intellectus agens cum re et modo essendi rei.

Est tamen intelligendum quod per accidens facit intellectus possibilis ad hoc quod universale quod est secunda intentio sit, quia cognitio rei
 125 respectiva praesupponit cognitionem eius absolutam. Modo universale ut est secunda intentio dicit cognitionem respectivam vel rem cognitam respective. Ergo universale ut est secunda intentio praesupponit rem primo intellectam absolute, ita quod antequam intelligatur res ut est reperibilis

96-128 BLPV

109 ideo: ergo LV. 110 fantasiatus: fantasticus LP. 111 fantasmatibus singularibus: fantasmate B. 113 in abstracto: *om.*BPV. rem: *om.*LP.
 115 autem: *om.*PV. concreta: in concreto PV. 118 vel: sive LP.
 119 ipsius: *om.*PV. communis: *om.*LPV. 123 est tamen: sed est LP.
 125 modo: sed LP. ut: quod PV. 127 ut: quod LP.

Item, hoc potest declarari de intellectu agente et de modo essendi rei simul, quia universale quod est secunda intentio in concreto est
 75 res intellecta ut in pluribus et in abstracto est ratio intelligendi rem sive cognitio rei ut est in pluribus. Modo ad omnem cognitionem sive rationem intelligendi requiritur intellectus agens et ulterius modus essendi ex quo sumitur talis ratio intelligendi, ideo etc.

Secundum declaratur, scilicet quod ad hoc quod aliquid sit universale
 80 quod est intentio non sufficit operatio intellectus agentis, immo requiritur cum hoc operatio intellectus possibilis, quia intentio universalis non est aliud quam intellectio secunda rei ut est in pluribus vel quam res intellecta ut existit in pluribus. Sed oportet rem prius secundum se et absolute intelligere quam intelligere ut in pluribus, quia intellectus absolutus prior est quam intellectus respectivus rei. Sed intellectus agens rem absolute non potest intelligere. Ergo oportet ad hoc
 85 quod res intelligatur complete ut in pluribus quod assit operatio intellectus possibilis. Minor patet, quia intellectus agens agit <in> rem absolute abstrahendo eam. Sed intellectus agens non cognoscit ea in quae
 90 agit secundum Commentatorem III. De anima qui dicit quod agens est sine cognitione sicut sol est agens in istis inferioribus sine cognitione. Ideo etc.

Hoc idem declaratur ex alio, quia omnis intentio secunda praesupponit primam intentionem et rem primo intellectam. Sed quod solum fit per intellectum agentem non praesupponit rem intellectam sed magis e converso.
 95 Res enim intellecta praesupponit intellectum agentem, cum res non potest intelligi nisi prius abstrahatur per intellectum agentem. Ergo ad hoc quod sit universale quod est intentio non sufficit operatio intellectus agentis, sed cum hoc requiritur operatio intellectus possibilis tamquam
 100 complens et perficiens, quia adhuc res non esset perfecte et complete intellecta nisi intelligeretur per intellectum possibilem, ut ostensum est.

Secundum principale declaratur scilicet quod universale si sumatur pro re obiecta intentioni universalis, pro sic sufficienter potest esse per intellectum agentem sine operatione intellectus possibilis, quia intentio

73-104 SN

74 rei: *om.N.* 78 ulterius: etiam N. 79 ex: a N. 79 declaratur: + quo ad aliud membrum N. 79-80 quod-intentio: pro intentione N. 82 quam²: est N. 84 intelligere ut: intelligatur N. 87 res: +sciatur et N. assit: sit S. 88 rem: *om.N.* 89 eam: ipsam quiditatem N. 89 in: *om.S.* 90 qui: ubi N. 96 potest: possit N. 103 intentioni: intellectioni S.

in pluribus, intelligitur secundum se et absolute. Modo intellectio est
 130 operatio intellectus possibilis. Et ita per accidens requiritur operatio
 intellectus possibilis ad universale ut est secunda intentio.

Sed ulterius notandum est quod quamvis universale quod est secunda
 intentio praesupponat rem primo intellectam sicut cognitio respectiva
 praesupponit absolutam, non tamen intelligo quod universale quod est se-
 135 cunda intentio fundatur supra primam cognitionem rei quae est in intellec-
 tu, ita quod illae duae cognitiones, scilicet prima rei intellectio et
 secunda sint simul in intellectu, quia impossibile est duas intentiones
 distinctas simul esse in intellectu. Modo universale ut dicit secundam
 intentionem est quaedam intellectio. Ideo ista intellectio non potest
 140 simul esse cum prima intellectione in intellectu. Sed sic debet intelligi
 quod rei quae prius fuit secundum se et absolute intellecta postea attri-
 buitur secunda intentio; verbi gratia: homini primo intellecto vel cognito
 non sic attribuitur intentio universalis quod illae duae intellectiones
 scilicet prima et secunda sint simul in intellectu, sed homini qui primo
 145 in intellectu fuit secundum se et absolute postea attribuitur secunda in-
 tentio, quia prius oportet hominem intelligi quam sibi attribuatur aliqua
 intentio secunda, ita quod intentio secunda attribuitur rei quae prius
 fuit intellecta et non rei intellectae <nunc>. Et quare oportet rem pri-
 us intelligi antequam sibi attribuatur secunda intentio, causa visa est,
 150 quia intellectus rei respectivus praesupponit intellectum absolutum.

Tunc ad rationes ad primam cum dicitur "quod est actu abstractum est
 universale actu", ista ratio non est contra me, quia volo quod intellectus
 agens faciat effective secundas intentiones iuxta primam operationem in-

129-153 BLPV

131 ut: quod LP. 135 cognitionem: intentionem B. 136 intellectio:
 cognitio B. 138 distinctas: om.LP. 139 intellectio¹: +distincta a
 prima intentione LP. ista: +intentio sive LP. 141 prius: primo LP.
 intellecta: in intellectu LP. 142 vel: +primo PV. 144 sint: sunt BL.
 145 in intellectu: intellectus V. 148 nunc: om.BV def.L. 152 quia:
 +bene LP.

105 universalis attribuitur rei abstractae a pluribus singularibus. Modo ad hoc quod aliquid sit abstractum actu a pluribus singularibus requiritur intellectus agens, quia talis abstractio fit per intellectum agentem. Ergo universale quod est res subiecta intentioni universalis sufficienter potest esse per intellectum agentem.

110 Si autem accipiatur universale pro re absolute, considerando rem secundum suam naturam et quiditatem quae potest esse universalis, dico quod de tali non quaerit quaestio, quia tale universale pertinet ad naturalem philosophum.

Et quia in quadam ratione in positione facta fiebat mentio de intentione prima et secunda, ideo ad evidentiam huius est notandum, quod ordo est in fundando istas intentiones, quia oportet quod res absolute primo quantum ad suam naturam intelligatur. Verbi gratia sic oportet quod intellectus primo intelligat hominem absolute ut ratiocinantem vel quod intelligat animal ut sentiens, et iste intellectus primus et essentialis de re sive
115
120 primus conceptus de re dicitur prima intentio in abstracto, et res sic intellecta dicitur prima intentio in concreto. Et tunc cum intellectus intellexit rem absolute potest postea ipsam intelligere secundario intellectu ut est sub aliquo modo essendi sive sub aliquo respectu ut scilicet est praedicabilis de pluribus. Verbi gratia, sicut intellectus intelligit
125 hominem, quem prius secundum se intellexit, ut est dicibilis de pluribus differentibus numero, et res sic intellecta est species in concreto, et talis intellectio rei est species in abstracto; et intelligit animal ut est dicibile de pluribus differentibus specie in eo quod quid, et sic fundat ibi intentionem generis. Et sic intelligendum est de aliis intentionibus.
130

Tunc ad rationes in oppositum ad primam cum dicitur "omne concretum est singulare, ergo omne abstractum est universale per locum ab oppositis",

105-132 SN

105 universalis: universalitalis N. 108 universalis: universalitatis N.
109 esse: intelligi N. 112 philosophum: *om.N.* 115 notandum: intelligendum N. quod-est: *om.N.* 116 fundando: sumendo N. 117 intelligatur: intelligitur S. oportet: *om.N.* 118 primo: *om.N.* ratiocinantem: rationalitatem N. 119 sentiens: sensitivum N. 119-120 primus-re: sive conceptus primus et essentialis rei sive de re N. 121 concreto: +sive prima cognitio rei N. 122 potest: *om.N.* intelligere: intelligat N. secundario: secundo N. 124-125 intelligit-intellexit: qui prius intellexit hominem secundum se intelligit N. 127 intellectio: +sive cognitio N. 131 oppositum: contrarium N.

tellectus, ut visum est. Sed de illis secundis intentionibus quae fundan-
 155 tur in re apprehensa per secundam et tertiam operationem intellectus secus
 est et de istis inferius videbitur. Quia tamen ista ratio sophistica est,
 solvatur. Cum dicis "omne quod est actu abstractum est actu universale",
 dico quod verum est, quantum ad universale quod est prima intentio. Sed
 160 quantum ad universale quod est secunda intentio non sufficit ad hoc quod
 sit actu universale quod sit actu abstractum, sed requiritur quod sit in
 intellectu ut est reperibile in pluribus. Et quando probatur "omne quod
 est actu concretum est actu singulare", potest negari quia singulare se-
 cundum quod singulare dicit secundam intentionem; ad hoc quod aliquid sit
 singulare isto modo non sufficit quod sit actu concretum sed requiritur
 165 quod intelligatur ut actu concretum. Si autem accipiatur singulare pro
 re subiecta intentioni singularis, verum est quod illud quod est actu con-
 cretum est actu singulare isto modo. Et cum dicitur "ergo omne actu ab-
 stractum est actu universale", non sequitur, quia universale et singulare
 secundum quod dicunt intentiones secundas sic opponuntur vel sunt saltem
 170 disparatae intentiones. Sed ut dicunt rem subiectam intentioni non oppo-
 nuntur, immo sunt idem realiter. Modo quando dicebatur "omne actu concre-
 tum est actu singulare", ista vera erat pro re subiecta intentioni et pro
 secunda intentione falsa. Et ideo quando dicitur "omne abstractum etc",
 non sequitur, quia universale pro re subiecta intentioni non opponitur
 175 singulari pro re subiecta intentioni, et ideo non sequitur virtute istius
 regulae "Si oppositum in opposito etc".

154-176 BLPV

157 est¹: +ideo LP. omne: *om.*LP. 162 quia singulare: *om.*PV.

175-176 sequitur-regulae: tenet per illam regulam LP.

verum est, quia omne abstractum est universale accipiendo universale pro re obiecta intentioni universalis sive pro re primo intellecta. Si tamen
 135 accipiat pro intentione, non est verum, quia ad hoc quod aliquid sit abstractum abstractione proprie dicta sufficit operatio intellectus agentis. Non sequitur autem quod ad hoc quod sit universale quod est intentio secunda sufficit operatio intellectus agentis, sed plus requiritur, ut dictum est. Sed quia ratio peccat in forma, ideo dicendum est aliter. Cum dicitur
 140 "universale et singulare sunt intentiones oppositae quodammodo etc", dico quod universale et singulare non sunt intentiones oppositae, immo sunt intentiones disparatae. Modo ista regula "Si oppositum in opposito et propositum in proposito" intelligitur in contrariis vel in privativis et non in disparatis, quare per regulam illa consequentia non tenet scilicet
 145 quod si omne concretum est singulare quod propter <hoc> omne abstractum sit universale, quia singulare et universale non sunt recte opposita, sed disparata ut dictum est. Ideo etc.

Vel aliter dicendum: cum dicitur "omne concretum est singulare, ergo omne abstractum est universale", dico quod falsum est, si accipiat
 150 singulare pro intentione. Quia ad hoc quod aliquid sit singulare pro intentione non sufficit quod sit concretum, sed requiritur quod sit concretum et cum hoc quod intelligatur ut concretum, licet quod ad hoc quod aliquid sit singulare pro re singulari sufficiat quod sit concretum. Et ideo non sequitur quod omne abstractum sit universale, quia a simili: ad hoc quod
 155 res sit universalis non sufficit quod sit abstracta, sed requiritur quod intelligatur ut est in pluribus vel ut est principium intelligendi plura. Modo ista non possunt haberi sufficienter sine operatione intellectus possibilis scilicet quod intelligatur ut abstracta est etc, quia intellectus agens non habet cognoscere rem in quam agit ut dictum est in positione,
 160 ideo etc.

133-160 SN

133 quia-universale¹: om.N. 134 universalis: universalitatis N. 135 quia: et ideo S. abstractum: in N. 137 non: et ideo N. autem: conclusio N. universale: +accipiendo universale pro re quae est obiecta intentioni et pro universale N. secunda: +non N. 138 sufficit-agentis: om.S. 139 dicitur: +omne concretum est singulare et quia N. 144-147 quare-etc: cum igitur singulare et universale non sint ratione opposita sed disparata, non sequitur si omne concretum est singulare quod omne abstractum sit universale N. 145 omne: ex hoc aliquid S. 148 cum dicitur: quod S. 151 concretum¹: abstractum N. 152 quod¹-concretum: quod sit coniunctum S, quod sit coniunctum principiis individuantes quod intelligatur concretum N (Cf.versio I, 164-165). 155 res-universalis: sit universale N. 157 modo: ideo S. ista non possunt: ita est quod potest N. possibilis: agentis sed S. 158 scilicet: om.N. est: +ideo N. 159 in positione: quia sicut se habet lumen ad colores, sic intellectus agens ad conditiones materiales. Sed lumen abstrahit ita quod non cognoscit colores N.

Ad auctoritatem Commentatoris, non est contra me, quia bene volo quod intellectus agens effective facit ipsum universale.

Ad aliam quando dicitur "universale est dum intelligitur etc", verum
 180 est. Et cum dicitur "ergo ad hoc quod universale sit sufficit quod intelligatur", verum est, quod sufficit effective ad hoc quod aliquid intelligatur facit ipsum universale effective. Et cum dicitur "intellectus agens sufficit ad hoc quod aliquid intelligatur", verum est, effective, tamen requiritur intellectus possibilis sicut recipiens et subiectum.
 185 tum.

Ad aliam, non est contra me, quia bene probat quod ad hoc quod sit universale effective nihil facit intellectus possibilis. Et illud bene concessum est.

Ad alias rationes alterius partis quae magis contra dicta videntur
 190 esse, cum dicitur "nulla secunda intentio est sine operatione intellectus possibilis", dico quod non omnis secunda intentio est effective ab intellectu possibili. Unde verum est quod est in intellectu possibili sicut in subiecto recipiente, sed non sunt ab ipso effective.

Ad aliam "operatio intellectus agentis praecedit operationem intellectus possibilis", concedatur. Cum dicitur "omnis intentio secunda praesupponit operationem intellectus possibilis", dico quod omnis secunda intentio praesupponit operationem intellectus possibilis hoc modo, scilicet quod oportet prius rem secundum se esse intellectam antequam intelligatur in respectu ad aliud sive ut supra ipsam fundetur intentio secunda. Tamen
 195 intentio secunda non praesupponit operationem intellectus possibilis sicut effectus praesupponit causam. Et ideo bene volo quod universale non potest esse sine operatione intellectus possibilis illo modo, quoniam prius

177-202 BLPV

180-181 et-est: *om.LP.* 181-182 ad-effective: *om.L.* 186 aliam: +dico quod LP. 192 unde: bene LP. 193 subiecto: +et LV +sicut in P. 195-196 omnis-possibilis: verum est B. 196 intellectus: *om.LP.* 200 non: +sic LV.

Ad aliam cum dicitur "Commentator dicit quod intellectus agens facit universalitatem in rebus", dico quod verum est inchoative, intellectus autem possibilis, complete. Et sic intellexit Commentator.

Vel dicendum quod Commentator non dicit "intellectus agens", sed dicit
165 "intellectus est qui facit universalitatem in rebus".

Ad aliam cum dicitur "singulare est dum sentitur, universale dum intelligitur", dico quod aequivocatio est de universali, quia universale uno modo accipitur pro re universali, et hoc modo intellexit Philosophus.

Tunc ad formam rationis cum dicitur in maiori "illud quod sufficit
170 ad hoc quod aliquid intelligatur, sufficit ad hoc quod aliquid sit universale", verum est, si accipiat universalis pro re obiecta universalitati. Unde universale quod est obiectum intentionis universalis est id quod intelligitur et obiectum intellectus. Modo operatio intellectus agentis sufficit ad hoc quod aliquid intelligatur, et ideo ad tale uni-
175 versale sufficit operatio intellectus agentis. Si tamen accipiat pro intentione secunda, tunc maior non est vera. Ideo etc.

161-176 SN

165 rebus: +sed magis intelligendo de intellectu agente quam possibili N.
167 aequivocatio-universali: universale est aequivocum N. quia-uno:
uno enim N. 168 re: om.S. Philosophus: +quod universale est dum
intelligitur. Alio modo sumitur universale pro intentione universalis,
et sic Philosophus non intelligit N. 171 universalitati: universalis S.
172 universalis: universalitatis N.

oporteat rem absolute intelligere per intellectum possibilem antequam
intelligatur in intellectu respectivo ut supra ipsam fundatur intentio
205 secunda.

Vel potest dici: quando dicitur "operatio intellectus agentis etc",
verum est quando operatio intellectus agentis praededit operationem in-
tellectus possibilis, illam operationem scilicet respectu cuius est agens
in illo genere. Cum dicitur quod intentiones secundae non praecedunt in-
210 tellectum possibilem, dico quod immo, quantum ad esse suum effectivum quod
habet in sua causa agente, sed tamen quantum ad suum esse in subiecto non
praecedunt intellectum possibilem quia sunt in eo sicut in subiecto. Et
ideo bene volo quod intentiones secundae non sunt subiective in intellec-
tu agente. Et quando dicitur quod intellectio respectiva absolutam prae-
215 supponit, ista ratio non est contra me, quia bene concedo quod oportet
prius rem absolute intelligere secundum se quam intelligatur in respectu
ad aliud. Tamen non oportet propter hoc quod effective sit ab intellectu
possibili.

203-218 BLPV

216 absolute-se: intelligere secundum se et absolute LP. 217 oportet:
sequitur LP.

N, additions*Post lin. 30.*

Maiores patet cum tot modis distinguitur universale etc. Minor patet, quia intentio universalitatis est ratio intelligendi eiusdem ut habet esse in pluribus. Sed intelligere tale non facit intellectus agens, quia eius operatio est quod tantum abstrahat a conditionibus materialibus et individuans.

Post lin. 163.

Vel dicendum quod intellectus agens causat universalitatem in rebus non quae est in intentionibus secundis, sed universalis quae est abstractum a conditionibus materialibus.

Post lin. 176.

Nota tamen quod universale pro intentione sumptum nihil aliud est quam quaedam ratio intelligendi secunda. Sed illa ratio intelligendi si consideratur uno modo secundum se et absolute, sic est accidens animae et in prima specie qualitatis. Si autem accipitur alio modo in habitudine ad rem hoc est dupliciter: vel ad aliquam rem quae est similitudo rei intellectae, sic est species quaedam; unde dicitur III. De anima quod lapis non est in anima sed species lapidis. De ista etiam specie dicitur VII. Metaphysicae quod ea quae fiunt in arte fiunt in anima secundum quandam similitudinem. Alio modo accipitur secundum quandam conformitatem rei et intellectus et non ut illa res sit similitudo rei, et sic appellatur veritas. Ultimo modo accipitur ratio ut est principium intelligendi plura et sic est intentio secunda; quia secundum cuius diversitatem diversificantur intentiones secundae hoc est quodammodo intentio secunda, saltem materialiter. Illa ratio est huiusmodi quia quando sumitur ratio ista ut una existens in se et principium intelligendi plura differentia specie est principium generis. Ideo etc.

QUAESTIO 8

*Utrum universale quod est intentio sit in re extra sicut in
subiecto vel in intellectu*

Consequenter quaeritur adhuc circa quaestiones quas enumerat Porphyrius in littera et primo quaeratur utrum universale quod est intentio sit in re extra sicut in subiecto vel in intellectu.

Et arguitur quod sit in re extra sicut in subiecto, quia illud quod denominat alterum est in illo sicut in subiecto. Sed universale quod est intentio denominat rem extra, ideo etc. Maior patet, quia albedo denominat hominem dicendo 'homo est albus', ideo albedo est in homine sicut in subiecto. Minor de se patet, quia universale denominat rem extra dicendo 'homo est species', 'animal est genus' et sic de aliis.

Item: Universale aut est in re aut in intellectu. Sed non est in intellectu, ergo est in re. Maior patet: Non enim sunt plura in quibus universale potest esse sicut in subiecto. Minor declaratur, quia intellectus est causa efficiens respectu universalis et breviter respectu cuiuslibet intentionis secundae. Modo idem non potest esse subiectum et efficiens respectu eiusdem. Cuius probatio est, quia si idem esset subiectum et efficiens respectu eiusdem tunc idem esset in actu et potentia respectu eiusdem, quia subiectum est in potentia eorum quae sunt in ipso, sicut perfectibile in potentia respectu suae perfectionis. Sed causa efficiens est in actu respectu sui effectus, quia agens in quantum agens est in actu respectu illius quod agit. Modo inconueniens est quod idem sit in actu et in potentia respectu eiusdem. Ideo intellectus non est subiectum universalis.

Oppositum arguitur, quia entia rationis sunt in intellectu sicut in subiecto. Modo universale quod est intentio est ens rationis, ideo etc.

Item: Operationes intellectus speculativi non transeunt in materiam exteriorum sicut vult Philosophum IX. Metaphysicae, ubi dicit quod speculatio est in speculante et visio in vidente. Modo intentio universa-

1-27 BPLV

1-2 adhuc-quaeratur: om.B. 5 illo: eo LP re extra V. 5-6 quod est intentio: om.LP. 7 albedo: om.BP. 12 universale: om.LP. 13 respectu²: om.L. 14 et: +causa LP. 20 illius: +in LP.

QUAESTIO 8

Consequenter quaeritur utrum universale quod est intentio habeat esse in intellectu sicut in subiecto vel in re extra.

Videtur primo quod non habeat esse in intellectu sicut in subiecto, immo in re extra, quia illud quod denominat rem habet esse in re sicut
 5 in subiecto. Modo universale quod est intentio denominat rem. Ergo universale quod est intentio habet esse in re sicut in subiecto. Non ergo est in intellectu. Maior patet, quia illud quod est separatum in esse ab aliquo non potest denominare ipsum; male enim diceretur 'homo est asinus'. Minor de se patet; universale enim praedicatur de re extra dicendo sic 'homo est species', 'animal' est genus' et sic de aliis. Ideo
 10 etc.

Item, idem non potest esse subiectum et causa efficiens respectu eiusdem. Sed intellectus est causa efficiens respectu intentionis universalis et respectu cuiuscumque alterius intentionis secundae. Ergo
 15 intellectus non est subiectum respectu universalis quod est intentio et respectu alicuius alterius intentionis secundae. Si ergo intentio secunda universalis non est in intellectu sicut in subiecto, ergo est in re extra, quia non est dare medium. Maior patet, quia si idem esset subiectum et causa efficiens respectu eiusdem, tunc idem respectu eiusdem
 20 esset in actu et in potentia, quia subiectum est in potentia respectu eorum quae sunt in ipso sicut perfectibile est in potentia respectu suae perfectionis, causa autem efficiens est in actu respectu sui effectus quia agens in quantum agens est in actu respectu illius in quod agit. Modo idem esse in actu et in potentia respectu eiusdem est inconveniens.
 25 Ideo etc. Minor patet de se.

Oppositum arguitur: operatio intellectus speculativi non transit in materiam exteriorem ut dicitur IX. Metaphysicae. Modo intentio universalis et similiter aliae intentiones fiunt ab intellectu facto in actu per primam cognitionem rei qui intellectus speculativus vocatur, ergo inten-

1-29 SN.

3 videtur primo: arguitur N. 5-6 universale²-intellectu: etc N. 9 extra: om.N. 10 sic: om.N. 13 intellectus: intentio N. 15-16 intellectus-ergo: om.N. 17 est¹: erit N. 18 quia non: non enim N. 21 ipso sicut: specie quia N. 22-23 sui-respectu: om.N. 28 similiter: communiter N. 29 intellectus: intelligit N.

lis et universaliter quaecumque secunda intentio fit ab intellectu facto in actu per primam rei cognitionem quae vocatur intellectus speculativus.
 30 Ideo universale quod est intentio et similiter aliae intentiones non sunt extra intellectum speculativum. Est ergo in ipso intellectu sicut in subiecto.

Ad illam quaestionem dico quod universale quod est intentio potest accipi vel in abstracto vel in concreto, sive sumatur pro prima intentione sive pro secunda. Universale in abstracto pro prima intentione ut
 35 dictum est prius nihil aliud est nisi prima rei cognitio secundum proprium modum essendi ipsius; sed in concreto est res sic intellecta. Universale autem quod est secunda intentio in abstracto est secunda ratio intelligendi rem vel secunda rei cognitio ut habet esse in pluribus; in
 40 concreto autem est res sic intellecta.

Et quod universale in concreto dicat ista duo, scilicet rem et rationem intelligendi, hoc probo, quia sicut se habent accidentia absoluta ad sua subiecta, ita se habent intentiones secundae ad sua obiecta. Modo accidentia concreta absoluta sic se habent ad sua subiecta quod dicunt
 45 ipsum accidens ut denominat subiectum. Ergo intentiones secundae in concreto dicunt formaliter rationem intelligendi ut denominat ipsam rem.

Tunc dico ad quaestionem, quod universale pro prima intentione vel secunda in abstracto habet esse in intellectu, quia omnis cognitio est in intellectu sicut in subiecto. Modo universale in abstracto pro prima
 50 vel secunda intentione est quaedam rei cognitio. Ergo universale isto modo est in intellectu.

Secundo dico, quod universale in concreto ut est res intellecta, vel pro prima vel secunda intentione, quantum ad rem est extra animam, quantum ad rationem intelligendi est in anima.

55 Primum declaratur sic, quia sicut apparet III. De anima lapis non est in anima sed species lapidis. Unde res non est in anima, sed eius intellectio. Ideo universale pro intentione concreta pro re quam concernit non est in anima, sed pro ratione intelligendi, quae est ibi pars formalior, est in anima, quia omnis ratio cognoscendi est in anima. Modo
 60 universale isto modo est quaedam ratio cognoscendi rem. Ergo universale isto modo est in anima.

28-61 BPLV

30 aliae intentiones: de aliis intentionibus LPV. sunt: est LPV. extra: +animam sive LP. 31 intellectu: +speculativo P. 34 sumatur: accipitur LP. 41-42 rationem: intentionem LP. 45 ipsum: om.LP. 50 rei: om. LP. 55-56 non-anima: est extra animam LP.

30 tio universalis nec similiter aliae intentiones secundae non sunt extra intellectum speculativum. Sunt ergo in ipso sicut in subiecto.

Et hoc est quod arguitur aliter sic: Omnis intentio secunda est in intellectu. Sed universale est quaedam intentio secunda. Ergo etc. Maior patet per Avicennam in sua Metaphysica. Minor de se patet.

35 Ad istam quaestionem est dicendum quod universale potest accipi dupliciter: vel pro intentione prima vel secunda in concreto vel in abstracto.

Modo si universale accipiatur pro intentione in abstracto, sic est in intellectu sicut in subiecto, quia universale pro prima intentione in abstracto est prima rei cognitio sive prima ratio intelligendi habita de re absolute. Sed universale pro secunda intentione in abstracto est cognitio vel ratio intelligendi rem ut est in pluribus. Modo omnis cognitio sive ratio cognoscendi est in cognoscente sicut in subiecto. Ergo universale pro intentione in abstracto est in intellectu sicut in subiecto. Minor patet, quia intentio est illud secundum quod intellectus tendit in aliud scilicet in rem. Illud autem per quod tendit in rem est cognitio rei sive ratio intelligendi rem. Minor patet ex supra habitis. Ideo etc.

Si autem universale accipiatur in concreto pro re primo intellecta absolute, quantum ad primam intentionem in concreto, vel pro re intellecta ut in pluribus, quantum ad secundam intentionem in concreto, sic dico

30-50 SN

30 nec: et N. 32 aliter: secundo N. 33 secunda: om.S. 38 intentione: +prima vel secunda N. 39 sicut in subiecto: om.S. 40 rei: re S. 45 illud secundum quod: secundum quam sive per quam N. 46 in^l: om.N. 46 illud-rem: om.N. 47 minor-habitis: om.S. 48 accipiatur: + secundo modo pro intentione N. 48-50 pro-concreto: om.N. 50-51 dico quod: om.N.

Unde notandum quod qui dicit rem intellectam dicit duo, quia dicit rem quae est efficiens intellectionem et rationem intelligendi, quae denominat rem. Ideo non debet dici sicut quidam dicunt, quod res intellecta
 65 ut intellecta est in anima. Illud falsum est, quia qui dicit rem intellectam ut intellectam dicit duo, scilicet rem et rationem intelligendi, et ideo res intellecta ut intellecta non est in intellectu: sicut agens secundum quod agens non est in passo ita res intellecta ut intellecta non est in intellectu, sed esse intellectum rei est in anima, res autem extra animam est, quia esse intellectum est esse activum in intellectu, licet
 70 significetur per modum passionis, et ideo sicut agens non est in passo, ita res intellecta ut intellecta non est in intellectu.

Tunc ad rationes ad primam cum dicitur: "Illud quod denominat alterum etc." dico quod illud quod denominat alterum formaliter est in eo quod denominat sicut in subiecto. Sed illud quod praedicatur de alio denominative non formaliter, sed sicut effectus de sua causa, non oportet quod sit in eo sicut in subiecto, sicut est percutiens vel agens. Actio enim denominat agentem sicut dicendo 'Sor est percutiens' et tamen ista actio non est in Sorte sicut in subiecto, sed est quidam effectus Sortis. Non
 80 ergo est verum universaliter quod omne quod denominat alterum sit in ipso sicut in subiecto, quia actio aliquando denominat suum agentem et non solum suum subiectum. Modo sic est in proposito, quia istae secundae intentiones denominant rem non sicut subiectum suum sed sicut causam agentem, ut dicendo 'animal est genus' ista denominatio est effectus de sua

62-84 BPLV

62 unde: et est LP. 63 et: +dicit LP. rationem: +cognoscendi sive LP.
 64 dicunt: +scilicet LP. 67 intellectu: anima LP. 72 intellectu: anima LP.
 74 dico quod illud: verum est B. 75 alio: altero LP. 78 agentem: aliquem BLPV. ista actio: percussio B. 80 alterum: aliud B *def.*L.
 80-81 solum: *om.*LP. 82 secundae: *om.*LP. 84 ista: +enim LP.

quod ibi dicuntur duo, et res quae intelligitur et cognitio sive ratio
intelligendi rem, totum tamen sub ratione intellectionis. Sicut vero ac-
cidentia realia sicut album etc denominant subiectum, sic omnis cognitio
denominat obiectum. Modo quantum ad rem quae intellecta est <est> extra
55 animam et non in anima, quia lapis non est in anima sed species lapidis
ut dicit Philosophus III. De anima. Ergo res intellecta non est in ani-
ma. Sed quantum ad cognitionem vel intellectionem est in anima, quia om-
nis cognitio est in cognoscente, ut dictum. Ideo etc.

Tunc ad rationes ad primam cum dicitur "quod denominat rem habet esse
60 in re tamquam in subiecto", dico quod si illud praedicatur denominative
de re extra animam non oportet quod sit in re extra animam sicut in sub-
iecto, quia actio denominat agentem sicut ille qui facit domum vocatur
domificator a domifactione quae est actio eius et sic de multis aliis,
et tamen actio non est in agente sicut in subiecto, sed magis in passo.
65 Modo universale quod est intentio non praedicatur de re extra animam es-
sentialiter, immo accidentaliter et denominative. Ideo non valet.

51-66 SN

51 duo: + scilicet N. 52 totum tamen: *om.N.* intellectionis: intellec-
tus N. vero: *om.S.* 53 etc: nigrum N. 54 quae intellecta est: quam
intelligit N. est²: *om.S.* 55 non: +est N. 56 dicit Philosophus:
dicitur N. 57 vel: sive N. est: habet esse N. 58 ut dictum: *om.N.*
59 rationes: +in contrarium N. quod: illud quod N. 60 tamquam: ut N.
si: *om.N.* praedicatur denominative: quod denominative praedicatur N.
62 ille: *om.N.* 63 multis: *om.N.* 65 quod est intentio: *om.N.*
65 extra animam: *om.N.* 66 immo: sed N. et denominative: *om.N.*

85 causa. <*> 'homo est cognitus ut est reperibilis in pluribus numero differentibus', ita etiam ista 'homo est species' est denominativa quia ista intentio secunda causatur ab obiecto in anima.

Verum est quod aliqui dicunt ad istam rationem, concedendo maiorem. Et cum dicitur quod intentio secunda rem denominat ut dicendo 'homo est
90 species', dicunt quod homo est species ut est in intellectu. Sed isti male dicunt, quia homo ut est in intellectu nihil aliud est nisi species vel cognitio hominis. Modo cognitio hominis non est homo; ista enim est falsa 'cognitio hominis est homo' et ista est falsa 'cognitio prima hominis est cognitio secunda eiusdem'. Eodem modo in concreto, ista enim
95 falsa est 'homo cognitus prima cognitione est homo cognitus secunda cognitione'. Et ideo non est verum quod dicunt, immo dicendo 'homo est species' esse cognitum hominis praedicatur denominative de homine sicut dicendo 'paries videtur' visio denominat parietem, et tamen visio non est in pariete sicut in subiecto, immo est in oculo, sed denominat parietem
100 sicut obiectum et causam quae causat visionem in oculo.

Ad aliam rationem cum dicitur "aut universale est in re aut in intellectu", dico quod est in intellectu pro ipsa cognitione, sed pro re est extra animam. Cum dicitur "idem non est subiectum et efficiens respectu eiusdem", dico quod duplex est efficiens vel agens. Quoddam enim
105 est agens cum motu et transmutatione et tale prius est in potentia quam in actu. Aliud est agens quod agit per simplicem emanationem non cum motu et transmutatione, sicut propria passio efficitur a subiecto. Modo primo modo idem non est subiectum et efficiens respectu eiusdem, sed accipiendo efficiens secundo modo bene idem est subiectum et efficiens respectu eiusdem. Unde Themistius I. Posteriorum vult quod subiectum se
110 habet in duplici genere causae respectu propriae passionis, scilicet in genere causae materialis et efficientis. Et cum dicitur "subiectum est in potentia respectu agentis et agens est in actu" dico quod duplex est potentia, quaedam enim est praecedens actum et separata ab actu, alia est
115 potentia coniuncta actui. Modo de potentia separata ab actu verum est quod idem non est in actu et in potentia respectu eiusdem. Sed de poten-

85-116 BPLV

85 causa: +quia illae intentiones sunt factae ab obiecto in intellectu; unde sicut ista est praedicatio denominativa effectus de sua causa V. homo: animal LP. numero: specie LP. 86 denominativa: denominatio effectus de sua causa LP. 88 est: +tamen LP. 91 nisi: quam LP. 104 enim: *om* LP. 110 Themistius: philosophus B. 113 agentis: accidentis BV.

Ad aliam cum dicitur "idem non potest esse subiectum et efficiens respectu eiusdem", falsum est; in eis enim quae non deducuntur de aliquo subiecto per motum et transmutationem non est inconueniens idem esse sub-

70 iectum et efficiens respectu eiusdem, sicut in per se passionibus, quia sicut dicit Themistius super I. Posteriorum "subiectum habet supra suam propriam passionem duplicem causalitatem, quia propria passio potest comparari ad subiectum sicut ad causam efficientem et sicut ad causam materialem". Eodem modo est instantia in omnibus intentionibus secundis,

75 quia intellectus noster est subiectum respectu omnium intentionum secundarum, sicut dicit Avicenna et sicut declaratum fuit, quia sunt cognitiones et informationes intellectus, et causa efficiens ipsarum ut patuit in quadam quaestione qua quaerebatur utrum ad universale sufficit operatio intellectus agentis. Et tu dicis "si idem esset subiectum et effi-

80 ciens, tunc idem esset in actu et in potentia respectu eiusdem, quod est inconueniens", dico quod duplex est potentia, quia quaedam est potentia coniuncta actui et ista non est aliud quam privatio impossibilitatis. Alia est potentia separata ab actu et est ante actum. Modo si loquamur de potentia quae est coniuncta actui non est inconueniens idem esse in

67-84 SN

68 deducuntur de aliquo: inducuntur in aliqua S. 69-et transmutationem: transmutationis N. 71 supra suam: *om.N.* 72 duplicem: diversimode N. 74 instantia: *om.N.* 77 et²: +sic est N. 78 qua: quando N. 79 agentis: *om.S.* 84-86 de potentia-loquamur: *om.S.*

tia coniuncta actui non est verum. Modo talis potentia est subiecti ad propriam passionem. Et potest concedi maior: "idem non est subiectum et efficiens", concedatur. Cum dicitur "intellectus est efficiens etc." potest dici quod intentiones secundae non sunt effective ab intellectu
120 possibili ut visum fuit in alia quaestione.

116-120 BPLV

118 etc: respectu relationis LV.
BL. in alia quaestione: *om.B.*

120 possibili: *om.BL.* fuit: est

- 85 actu et in potentia quia illo modo non dicit aliud quam privationem impossibilitatis. Si vero loquamur de potentia quae praecedit actum, sic inconueniens idem esse in actu et in potentia respectu eiusdem. Et ad minorem cum dicitur "intellectus est efficiens respectu intentionis universalis et aliarum intentionum secundarum" potest dici quod falsum est,
- 90 immo magis modi essendi a quibus sumuntur intentiones secundae sunt causa efficiens respectu ipsarum, et hoc per intellectum. - Vel dicendum est sic et melius, quod intellectus est causa efficiens et subiectum respectu intentionis universalis et aliarum intentionum secundarum, diversimode tamen.
- 95 Ad cuius evidentiam intelligendum est quod intellectus noster speculativus habet in se duplicem naturam, scilicet naturam intellectus possibilis, ratione cuius est in potentia respectu intellectus qui intelligit, et habet in se naturam qua habet cognitionem primam rei per quam cognitionem primam rei primo fit in actu speculans vel cognoscens. Modo intellectus est agens respectu intentionis universalis et aliarum secundarum intentionum per primam cognitionem rei primo apprehensae per quam primam cognitionem est informatus, et sic est in actu. Sed subiectum est respectu intentionum ratione naturae intellectus possibilis, quam in se includit, et secundum quod istis intentionibus secundis informatur. Et
- 100 sic diversimode intellectus respectu secundarum intentionum est efficiens et subiectum et per consequens in actu et potentia. Modo non est inconueniens idem esse in actu et in potentia respectu eiusdem diversimode. Ideo etc.

Et hoc sufficiat.

85-109 SN

89 et aliarum: immo omnium N. 91-92 respectu-efficiens: *om.N.*
 95 noster speculativus: *om.N.* 96-98 duplicem-in se: *om.N.*
 99-100 modo-est: et N. 101 primam-per: *om.N.* 109 et-sufficiat: *om.N.*

N, additions

Post lin. 25.

Item, in eo est universalitas¹ sicut in subiecto² cui accidit. Sed accidit rei extra, ergo etc. Maior patet. Minor declaratur per Commentatorem VII. Metaphysicae, ubi dicit quod genera et species accidunt formis rerum. Ergo etc.

Praeterea, actio non est in agente nec effectus in efficiente. Sed universalitas est actio et effectus intellectus, ergo etc. Maior patet III. Physicorum, ubi dicit Philosophus quod actio et passio sunt formaliter in patiente et non in agente. Minor manifesta est per Commentatorem in prohemio De anima, quia intellectus agens causat universalitatem in rebus, ergo etc.

Post lin. 34.

Praeterea, in eo est universale sicut in subiecto quo non existente impossibile est universale esse. Sed destructo intellectu impossibile est universale esse, ergo etc. Maior patet: corrupto enim subiecto non remanet accidens ut patet per Philosophum in Praedicamentis quod destructis primis substantiis impossibile est aliquod aliorum remanere. Minor apparet VII. Metaphysicae, quia omne quod est extra intellectum est singulare, et etiam per Boethium in libro De unitate et uno "omne quod est, ideo est etc.". Ergo universale erit in intellectu ut in subiecto et non in re extra.

Praeterea, universale aut est in re extra aut in intellectu ut in subiecto. Sed non est in re extra ut in subiecto, quia tunc oporteret quod universale esset particulare, et sic starent duo contradictoria simul, quod est inconueniens. Ergo erit in intellectu ut in subiecto.

Hoc etiam arguitur auctoritate Philosophi I. De anima. Ait: nostrum intelligere dividit a sentire, quia intelligere possumus dum volumus dummodo intellectus sit vestitus speciebus et dispositionibus. Huius ratio est quia intelligibile scilicet universale semper est praesens quia est perpetuum. Non autem sentire possumus quando volumus quia sensibile non semper est praesens. Si modo res extra esset subiectum universalis sequeretur contrarium, scilicet quod sentiretur et non posset intellectus quando vellet, quod est inconueniens, ergo etc.

Ad istam quaestionem dicunt quidam quod universale sit in re extra ut in subiecto et in intellectu ut in efficiente. Et hoc probant primo auctoritate Commentatoris in prohemio De anima, qui dicit quod intellectus agens causat universalitatem in rebus. Ergo res sit subiectum universalitatis.

Secundo sic: sicut virtus caelestis producit formas naturales de potentia materiae rerum extra animam, sic intellectus possibilis mediante intellectu agente producit formas immateriales de rebus extra animam. Sed res sunt subiectum formis naturalibus. Ergo et erunt subiectum formis immaterialibus.

Tertio sic: Sicut se habet concretum rei extra, ita suo modo universale quodammodo est concretum. Sed album quod est concretum rei extra dicit subiectum et accidens, et accidens est in tali re ut in subiecto. Ergo universale erit in re extra ut in subiecto.

Vel aliter ad istam quaestionem possunt dici duo. Primo quod universalitas est <in> intellectu ut in subiecto primo, secundo quod est in re

1 universale N^{cor}. 2 sicut in subiecto s.l.add.N^{cor}.

secundum quod intellecta est ut in subiecto proximo, sed in re extra ut in obiecto.

Primum probatur sic: Sicut se habet materia prima ad formas naturales ita intellectus possibilis se habet ad formas immateriales. Sed materia prima est subiectum omnium formarum naturalium, ergo intellectus possibilis erit subiectum omnium formarum immaterialium. Maior patet per Commentatorem III. De anima, ubi dicit quod philosophus adinveniens intellectum postea adinvenit novum genus materiae. Minor etiam apparet quia intellectus possibilis est potentia omnia fieri ut dicitur eodem III, ergo etc.

Secundum probatur sic: In illo est universale tamquam in subiecto proximo mediante quo est in intellectu in subiecto primo. Sed mediante re secundum quod intellecta est est in intellectu ut in subiecto proximo. Maior patet. Minor declaratur in exemplo: sicut color est in corpore ut in subiecto primo et in superficie ut in subiecto proximo, et sic est de universali, ergo etc.

Sed quod res extra tantum sit obiectum universalitatis hoc probavit illa ratio prius habita: universale aut est in re extra aut in intellectu etc.

Post lin. 108.

Ad tertiam cum dicitur "universale est in eo cui accidit", conceditur. In minori quando dicitur "universale accidit rei", dico quod non accidit rei extra sed rei secundum quod est intellecta. Ergo etc.

Ad quartam quando dicitur "actio non est in agente etc", dico quod duplex est actio, scilicet transiens in rem extra - et de illa verum est quod dicitur - alia est actio immanens et de tali non est verum immo potest esse actio in agente et effectus in efficiente. Et sic se habet universale et intellectio. Ergo non tenet ratio.

Ad quintam "nihil separatum ab aliquo potest verificari de ipso", verum est prout est separatum ab eo. Tu dicis in minori quod universalialia verificantur de rebus, dico quod non verificantur de rebus extra sed de rebus secundum quod sunt intellecta, et sic ad illa.

Tunc ad positionem primam, scilicet illorum qui dicunt universale esse in re extra ut in subiecto. Et <cum> probant auctoritate Commentatoris "intellectus agens etc", dico: licet intellectus causat universale tamen non oportet ideo quod sit in re extra ut in subiecto sed in intellectu possibili vel in re secundum quod intellecta.

Ad aliam probationem cum dicunt "sicut virtus caelestis etc" dico quod non est simile quod talis forma et subiectum faciunt unum particulare extra. Sed res extra non erit unum cum universali quia nullum particulare est in intellectu.

Eodem modo dicendum est quando dicunt "universale est concretum etc", quia tale concretum ex subiecto et accidente est unum in rerum natura extra. Sed sic non est concretum universalis, scilicet quod res extra et tale universale sint unum, quia opposita starent simul quod est impossibile.

Sed si quis vellet tenere illam viam quod universale sit in re extra ut in obiecto solveret argumenta secundae positionis et patet solutio. Et teneret primas quinque rationes suo modo. Tamen dicta via est melior. Ergo illa teneatur et alia dimittatur.

APPENDIX I

RADULPHUS BRITO, DE ANIMA I qu.6*

Consequenter quaeritur¹ quia Commentator dicit super illam partem "universale aut nihil est aut posterius est" quod intellectus est qui facit universalitatem in rebus, ideo quaeritur² utrum universale fiat ab intellectu vel sit praeter operationem intellectus.

.....

Ad solutionem istius quaestionis primo videndum est quid significetur nomine primae intentionis et secundae, quia universale potest accipi et pro prima intentione et pro secunda.

Et primo³ videndum est quid significetur nomine intentionis in communi. Unde notandum est quod intentio est illud quo intellectus tendit ad⁴ aliud. Et haec est cognitio in ipso intellectu existens. Et hoc est manifestum per⁵ interpretationem quia intentio est in aliud tentio.

Sed prima intellectio rei qua⁶ intelligitur⁷ primo ex proprio suo fantasmate est prima intentio in abstracto, et res sic⁸ intellecta dicitur prima intentio in concreto, sicut cognitio hominis vel asini quae sumitur ex proprio suo fantasmate dicitur prima intentio in abstracto, et res⁹ sic intellectae dicuntur¹⁰ intentio prima in concreto.

Secunda autem¹¹ intentio est secunda rei cognitio quae non sumitur a modo essendi proprio vel fantasmate proprio rei, sed est quaedam secunda cognitio rei respectu alterius et sumitur ex aliquo modo essendi communi respectivo¹², sicut esse universale vel universalitas; unde universalitas est cognitio vel ratio cognoscendi rem ut nata est esse in pluribus, et universale in concreto est esse cognitum rei ut est in pluribus.

Et similiter in complexis sicut 'homo currit' est quoddam complexum secundum intellectum. Hoc autem complexum potest intelligi aut ratione unionis subiecti et praedicati secundum esse intellectum primum quo fit. Et haec cognitio est¹³ prima intentio in abstracto, et hoc sic cognitum

*Mss. used: F=Firenze BNC, Conv.Soppr. E.I.252 f.162v-163v. The text printed is that of F except where indicated. There is great vacillation in all Mss. between 'intellectio' and 'intentio'; here the choice of F is followed throughout. - A=Angers, B.Mun. 418(405) f.173r-v. - P=Paris BN, lat.14705 f.99r-v. - V=Vat.lat. 3061 f. 3r-4r. - W = Wien NB, lat.2319 f.84r-v.

1 dictis F om.A. 2 quaeratur VW. 3 +ad hoc F. 4 in PVW. 5 secundum PWA. 6 quae A +res VW. 7 intendit F. 8 primo PA om.V. 9 +istae F. 10 i.d.: intellecta dicitur PWA. 11 om.F. 12 corespectivo F secundario VA. 13 +ut F +tibi A + enim P.

est prima intentio in concreto. Sed¹⁴ hoc idem¹⁵, cognitum vel ut dubitatur de inhaerentia praedicati cum subiecto vel ut ponitur pro alio et sic de aliis, dicitur quaestio vel propositio quae sunt nomina secundarum intentionum concretarum. Sed istae cognitiones quibus cognoscitur tale complexum ut pro alio positum dicuntur secundae intentiones in abstracto in talibus et simili modo est in consimilibus. Sed de hoc aliter super logicam plenius est discussum¹⁶.

Tunc ad quaestionem est dicendum quod quia universale est nomen intentionis concretae ideo potest accipi vel pro prima intentione concreta vel secunda. Si sumatur primo modo, tunc¹⁷ dicendum quod quantum ad illud quod materiale est in significato suo non est ab intellectu, quia res, sive quod-quid-est rei quod intelligitur non est ab intellectu. Sed illud quod est materiale in significato concreti universalis primo modo sumpti est quod-quid-est rei sive natura, quia intellectio quaecumque denominative praedicatur de obiecto suo et ipsum concernit in concreto sicut album concernit suum subiectum et ipsum denominat. Ergo quod materiale est in significato universalis primo modo dicti non est ab intellectu aliquo.

Si autem sumatur quantum ad illud quod est formale ibi quod est ipsa prima¹⁸ intellectio rei, qua res dicitur intellecta et intellectus intelligens, tunc dicendum quod non fit effective ab intellectu possibili, sed intellectu agente. Quod non a possibili probatur: quia intellectus possibilis est in pura potentia respectu intellectionis saltem quantum ad intellectionem primam. Sed quod est in pura¹⁹ potentia respectu alicuius²⁰ non est causa effectiva eius, sed solum potest esse causa susceptiva. Ideo etc. Sed tamen²¹ effective est ab intellectu agente vel ab anima mediante intellectu agente, quia Philosophus dicit quod sicut intellectus possibilis est in potentia fieri omnia, scilicet quantum ad cognitionem rerum intelligibilium, sic intellectus agens est potens omnia intelligibilia potentia intellecta facere actu intellecta. Et sic omnis prima intellectio quae recipitur in intellectu possibili effective sit ab intellectu agente una cum fantasmatis. Sed per quem modum hoc fit inferius patebit.

Si autem sumatur universale pro secunda intentione in concreto eodem modo dicendum est quantum ad illud quod est ibi materiale: non est ab intellectu²² quia sicut prima intentio²³ denominat rem quae intelligitur

14 secundum F et P. 15 +potest esse V. 16 +ut puta supra Porphyrium P.
 17 post quod F ut sic W. 18 propria F. 19 om.VW. 20 alterius F.
 21 causa V om.A +idem F. 22 +possibili F. 23 +rei VW.

primo intellectu, sic secunda intellectio sive secunda²⁴ intentio denominat rem ipsam secundum quod secundario intelligitur. Sicut enim haec est vera 'homo absolute intelligitur' sic haec est vera 'homo est aliquid intellectum in pluribus'. Sed tale esse intellectum ut in pluribus est quod significatur nomine universalis. Sed res ista quae est sic intellecta potest esse sine operatione intellectus. Ergo universale pro re quae significatur materialiter²⁵ potest esse sine operatione intellectus.

Tamen²⁶ notandum est quod intentio universalis potest attribui rei quae habet esse solum in intellectu et potest illam rem concernere et de illa concretive praedicari. Et tunc obiectum suum quod materialiter importatur nomine universalis vel posset importari non esset sine operatione intellectus. Sed tale obiectum non est quod primo concernit intentio universalis, quia esse in pluribus quod²⁷ est modus essendi ex quo sumitur universale non est reperibile primo in eis quae sunt in intellectu, sed in eis quae sunt extra animam, licet unitas²⁸ rei in pluribus sit secundum intellectum.

Sed diceret aliquis quod obiectum quod concernit intentio secunda universalis est res primo intellecta et non res secundum se. Sed res primo intellecta non est sine operatione intellectus. Ergo quod materiale est in significato universalis ut est secunda intentio non est sine intellectu.

Ad hoc dicendum quod rem primo intellectam esse obiectum secundae intentionis potest intelligi dupliciter, vel quod aggregatum ex re et prima intellectione rei sit obiectum eius, et hoc non est verum, quia tunc ista non esset vera 'homo est species' vel 'animal est genus'. Quia homo ut significatur et animal non significant hominem intellectum et animal intellectum, sed significant veram naturam hominis et animalis. Sed species et genus si respicerent aggregatum ex re et intentione prima pro obiecto de tali aggregato denominative praedicarentur²⁹ <et>³⁰ verificarentur³¹. Ergo tunc de homine et animali et³² consimilibus quae talia aggregata non significant, sed naturam rei secundum se non possent intentiones istae concretae praedicari.

Item tunc essent eiusdem rei duae intellectiones simul in intellectu, quia res primo intellecta intelligeretur secunda intentione et sic simul esset intellectio prima rei in actu in intellectu et secunda intellectio eiusdem rei.

24 i.s.s. *om.WA.* 25 +nomine universalis F. 26 tunc PWA. 27 qui VW. 28 unica V veritas P universalitas A. 29 praedicaretur F *om.PWA.*
30 V *om.rel.* 31 verificaretur F. 32 +sic de F.

Alio modo potest intelligi rem primo intellectam esse obiectum secundae intentionis, quia res quae primo secundum se intelligitur et absolute, postea intelligitur in intellectu respectivo³³, sicut primo intelligitur homo vel animal secundum se et postea intelligitur sive intelligibilis est³⁴ ut est in pluribus. Modo intellectus rei secundum se est prior quam intellectus eius ut est in pluribus, qui est respectivus intellectus, et sic concedo quod obiectum secundae intentionis est res intellecta primo intellectu, id est res quae prius secundum se intelligitur et postea intelligitur secunda intellectione respectiva. Et sic prima intentio non est obiectum nec pars obiecti respectu intentionis secundae, licet praesupponat rem esse prius intellectam secundum se, sicut respectivum praesupponit absolutum. Sed res ratione alicuius modi essendi communis et respectivi existentis in ea est obiectum eius.

Si autem sumatur intentio universalis concreta ratione³⁵ formalis quod est in³⁶ significato suo, tunc adhuc dico quod non sit³⁷ ab intellectu possibili sed ab agente et obiecto ratione modi essendi ex quo sumitur talis intentio. Cuius ratio est quia intellectus possibilis est in potentia³⁸ passiva respectu intellectionis secundae sicut respectu primae. Sed quod est in potentia passiva respectu alicuius non est effectivum eius ut prius declaratum est³⁹. Ergo etc. Maior patet, quia omne intelligere est pati intellectum⁴⁰ ab intelligibili quod est obiectum illius intellectionis, ut patet in III. De anima. Minor patet de se. Sequitur ergo quod intellectus possibilis non est effectivus secundae intellectionis rei. Sed talis intellectio est secunda intentio ut prius visum est. Ideo etc.

Sed quod intentio universalis in abstracto vel ratione eius quod formale est in significato intentionis universalis in concreto causaretur ab intellectu agente et obiecto ratione modi essendi correspondentis illi intentioni in re sive in obiecto, probatur: quia universale quantum ad rationem formalem suam est intellectio rei ut est in pluribus. Sed omnis intellectio quae est in intellectu possibili sive in anima mediante possibili effective est ab obiecto et intellectu agente. Ergo etc. Maior patet ex dictis, quia universale significat aliquid intelligi⁴¹ ut in pluribus. Minor similiter patet, quia omnis intellectio est ab obiecto, quia ab obiecto sumit determinatam speciem.

33 secundario PVA. 34 s.i.e. om.VW. 35 om.F. 36 +eo F. 37 fit PVA. 38 i.p.: quaedam virtus VA. 39 +sed intellectus possibilis est huiusmodi PVA. 40 nullum F. 41 intellectum VWA.

Item effective est ab intellectu agente saltem respectu eorum quae primo intelliguntur, quia ab eo habet esse abstractum. Sed intellectio eorum quae secundo intelliguntur ex intellectione aliorum habet esse ab intellectu agente mediante, scilicet mediante intellectione illorum ex quorum intellectione intelliguntur.

Item, si ponatur quod intentio universalis sit quantum ad suum formale⁴² intellectio prima⁴³ rei cum respectu ad plura superaddito, ita quod intentio prima et secunda non⁴⁴ sint duae intellectiones sed una intellectio⁴⁵ secundum se et in respectu ad plura sicut aliqui dicunt, adhuc magis patet quod sint ab intellectu agente et obiecto, quia non est dubium quin prima intentio rei sit ab intellectu agente et obiecto. Ergo cum secunda intentio non differat a prima nisi per respectum superadditum erit similiter ab intellectu agente.

Item, si ponitur quod intentio universalis sit prima intellectio secundum quod ad rem primo intellectam sequitur aptitudo essendi in pluribus adhuc patet quod est ab intellectu agente et obiecto, quia ut dictum est prima intellectio est effective ab obiecto et intellectu agente.

Si autem sumatur universale sicut solet aliquando accipi vel pro quidditate et natura rei secundum se quod est universale in potentia vel pro quidditate ut sibi applicari vel⁴⁶ attribui potest intentio universalis, sic non habet esse ab intellectu, quia intellectus non est causa rei existentis extra animam, sed quidditas et natura rei cui attribuibilis est intentio universalis, primo est⁴⁷ res vera extra animam quia⁴⁸ ut dictum est non attribuitur rei ut intellecta est sed rei existenti extra, quia res extra animam habet modum essendi sibi correspondentem secundum esse in pluribus suppositis. Dato enim quod intellectus non esset, asinus esset plurificatus per diversa supposita. Ergo si sumatur isto modo universale non est ab intellectu.

Sed adhuc circa dicta notandum est quod intentiones cum sint quaedam intellectiones vel quaedam intellecta in concreto sumpta praedicantur de re obiecta denominative non quia sint in obiecto sicut in subiecto, sicut dicitur homo albus ab albedine in ipso existente formaliter, sed quia sunt in eis sicut in obiecto, et hoc est esse in aliquo movente vel efficiente respectu earum, et ideo sicut dicitur 'Sor est percutiens' percussione quae est in passo, et similiter 'color videtur' visione quae est in oculo⁴⁹,

42 +esse FW. 43 om.F. 44 om.VA. 45 +sumpta PWA. 46 om.F.
 47 cum F. 48 om.F. 49 + quia color efficit visionem quae est in oculo VA.

et similiter 'scibile scitur' scientia quae est in anima, sic intentiones concretae quae quantum ad suum esse formale quod est intellectio sunt in anima denominative praedicantur de obiectis earum quamvis non sint in eis sicut in subiecto. Unde sicut ista est vera 'lapis intelligitur intellectione quae est in anima', sic ista 'homo est species' et sic de aliis, quia esse genus et species et sic de aliis intentionibus secundis sunt quaedam intellectiones vel quaedam esse intellecta. Et ideo praedicantur denominative de obiectis suis.

APPENDIX II

HERVAEUS NATALIS CONTRA RADULPHUM

De secundis intentionibus, quaestio 2.*

Ista autem non videntur mihi sufficienter dicta, et ideo primo intendo ostendere, quod non accipitur sufficienter secunda intentio in concreto, secundo quod non accipitur convenienter secunda intentio nec¹ prima in abstracto, tertio quod non convenienter fundant secundam intentionem super primam.

Primum ostendo sic: dicunt enim quod secunda intentio in concreto est res intellecta ut in pluribus, et dicunt quod cognitio rei ut sic est respectiva cognitio. Tunc quaero de illo respectu sive de ista habitudine rei ad illa plura in quibus est, utrum sit relatio realis vel rationis. Si est relatio realis, tunc quaelibet relatio realis est secunda intentio in abstracto. Et sic intelligere patrem in eo quod pater et duplum² in eo quod duplum³ pertinet ad secundam intentionem, quod est absurdum; res enim secundum suum esse reale non est secunda intentio sive concrete sive abstracte, quia sequeretur quod scientiae reales considerantes de quolibet respectu reali considerarent de secundis intentionibus, quod est falsum. Si autem illa habitudo sit relatio rationis, arguitur contra hoc: Quia sicut ad secundam intentionem pertinet res intellecta in habitudine seu comparatione ad plura in quibus sit, sive res intellecta ut in pluribus, ita ad secundam intentionem pertinet res abstracta et multa alia quae possent adduci. Ergo res intellecta ut in pluribus non debet accipi ut illud quod solum et praecise est secunda intentio in concreto.

Secundo ostendo quod intentio prima vel secunda in abstracto non convenienter⁴ accipitur, et hoc ostendo dupliciter, quia dicunt quod cognitio rei respectiva est posterior eius cognitione absoluta. Ideo cognitio prima dicitur prima intentio in abstracto et secunda cognitio secunda intentio abstracta⁵.

Contra hoc arguitur sic: Quia si ad primam intentionem et ad secundam in abstracto sufficit quod sint duae cognitiones per ordinem se habentes

*A=Ed.Paris 1489 pp.11-12. - B=Ms.Basel, UB, B III 22 f.143r-v. All changes from A have been recorded. The text of B which is extremely faulty has not been recorded systematically.

1 et sic A. 2 dominum A. 3 dominus A. 4 bene A. 5 om.A.

quarum una sit prima, altera secunda, sequitur quod in cognitione rerum quantum ad suum esse reale esset prima intentio et secunda in abstracto, sicut cognoscere calidum in eo quod calidum et cognoscere ipsum⁶ in eo quod calefactivum. Quod est falsum, quia cognoscere calidum in eo quod calidum et in eo quod calefactivum non pertinet ad secundam intentionem, sed tantum ad primam, quia utrumque istorum duorum intelligibilium pertinet ad primam intentionem et neutrum ad secundam, prout hic loquimur de secundis intentionibus.

Secundo arguitur ad idem, quia secunda intentio debet fundari supra primam. Sed si actus primus est prima intentio et secundus secunda intentio, non potest hoc salvari, ergo etc. Minoris probatio: quia sicut ipsi dicunt actus secundus non potest fundari super primum, quia simul non manent. Ad hoc autem ipsi dicunt, quod secunda intentio in abstracto, id est secundus actus intelligendi, fundatur supra primam intentionem, non tamen in abstracto captam sed in concreto, id est super rem primo⁷ actu intellectam. Sed hoc non videtur sufficere: Primo quia sicut generaliter secunda intentio habet fundari supra primam, ita ut videtur secunda intentio in concreto supra primam in concreto et secunda in abstracto super primam in abstracto debent fundari, quia secundum viam istorum, ut statim infra patebit, non datur supra quid intentio secunda fundetur in concreto accepta.

Secundo, quia actus intelligendi non habet nisi duplex fundamentum, scilicet subiectum in quo est et obiectum de quo est. Sed secundus actus non habet subiectum⁸ primi actus scilicet⁹ rem intellectam pro subiecto, ut de se patet, quia ipse intellectus possibilis est eius subiectum. Nec habet ipsam pro obiecto, quia tunc haberet duo obiecta formalia simul, quia res ut in pluribus et res secundum se et absolute intellecta esset obiectum illius secundi actus.

Tertio, quia si res primo intellecta esset fundamentum secundi actus per modum obiecti, aut ipsa secundum se non intellecta aut secundum se intellecta. Sed neutrum potest dari secundum istos, quia obiectum secundi actus non est ipsa res secundum se accepta nec ipsa ut absolute intellecta, sed intellecta ut in pluribus. Non est autem idem aliquid¹⁰ intelligi ut est in pluribus et intelligi secundum se et absolute, quomodo prius absolute fuit intellectum.

6 om.A. 7 prius A. 9 obiectum B. 9 vel A. 10 aliud A.

Tertio ostenditur, quod non convenienter assignant fundamentum secundae intentionis. Nam cum dicunt quod secunda intentio in abstracto est secundus actus intelligendi, in concreto autem est res intellecta ut in pluribus, illa habitudo quam importat li 'ut in pluribus' est formale in obiecto secundae intentionis¹¹, et huius habitudinis non datur fundamentum, nec ostenditur utrum res secundum suum esse reale sit eius fundamentum vel secundum esse quod habet in anima. Et si hoc sit secundum esse quod habet in anima non ostenditur quomodo hoc sit vera.

Praedicta positio igitur non videtur sufficiens.

¹¹ intellectionis A.

APPENDIX III

PETRUS AUREOLI CONTRA RADULPHUM

ex dist.23 libri 1 sent.*

*Secundus articulus. Quid dicendum secundum veritatem.**a. Et primo ostenditur primus defectus primae opinionis et tertiae, scilicet quod actus intellectus sit formaliter prima vel secunda intentio.*

Circa secundum autem considerandum quod modus dicendi primo loco recitatus evidenter deficit in duobus.

Primo quidem in hoc quod ait actum intellectus esse formaliter et in abstracto intentionem primam et secundam, et obiectum denominative dici et non formaliter intentionem secundam vel primam. Manifestum est enim quod illud dicitur formaliter, in ordine ad quod omnia alia dicuntur, ut patet quod sanitas animalis dicitur formalis quia in ordine ad ipsam medicina et dieta et omnia alia sana dicuntur. Sed species vel actus ex hoc dicuntur intentiones, quod per ea intellectus tendit in aliud obiective. Ergo obiectum cognitum sive conceptus obiectivus formaliter intentio dicitur.

Praeterea, ibi primo et formaliter reperitur intentio, ubi primo et formaliter consideratur intentionalis distinctio. Distinctio namque est quaedam passio consequens illud super quod fundatur. Sed constat quod intentionalis distinctio primo et formaliter invenitur in conceptibus obiectivis; nullus enim dicit quod duae species aut duo actus intellectus tantum intentionaliter differant, immo vere realiter. De duobus autem conceptibus formatis de eadem re, quales sunt conceptus hominis et animalis aut albedinis et coloris consuetum est dici quod differant intentionaliter, et sunt duae intentiones eiusdem rei, non autem duae res aut distincta realiter. Ergo manifeste patet, quod ratio intentionis invenitur per prius et formalius in obiectivis conceptibus quam in actibus intellectus.

Praeterea, sicut se habet suo modo intentio et esse intentionale in sensu, sic se habet in intellectu. Sed quaerentes de coloribus iridis, aut de coloribus qui sunt in collo columbae, aut de imagine quae apparet in speculo, aut de candela apparente extra situm, utrum habeant esse reale aut intentionale tantum, intendunt quaerere utrum habeant esse obiectivum tantum et fictivum seu apparens, aut habeant esse reale et fixum extra in rerum natura absque omni apprehensione. Per quod patet quod

*Ms.Vat.Borgh.lat. 329 f.260r-261r.

esse intentionale non est aliud quam visio aut apparitio obiectiva. Ergo in intellectu erit aliud quam conceptus obiectivus?

Praeterea, ibi est per prius et formaliter prima et secunda intentio, ubi est per prius et formaliter secundae super primam fundatio. Est enim communis omnium loquentium acceptio, quod secunda intentio fundatur super primam. Sed manifestum est quod hoc reperitur per prius et formaliter ex parte conceptuum formatorum obiective. Nam conceptus universalitatis fundatur super conceptum animalitatis et inest sibi formaliter tamquam subiecto proprio, ut quilibet experitur. Actus autem intellectus quo universalitas apprehenditur non inest tamquam subiecto actui quo intelligitur animal. Quamvis enim inter eos sit ordo praesuppositionis, non est tamen inhaerentiae habitudo. Ergo prima et secunda intentio per prius et formaliter se tenent ex parte obiectivorum conceptuum quam ex parte actus intellectus.

Praeterea, illud non est intentio primo et formaliter et in abstracto, sine quo intentiologicae definitur; logicae enim definitiones formales sunt sicut et metaphysicae. Sed logicus definiens genus tamquam illud quod praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid nullam mentionem facit de actu intellectus; praedicari enim non est formaliter intelligere, alioquin de rebus quae sunt extra praedicaretur actus intelligendi. Non est igitur praedicatio in intellectu formaliter, sed obiective, nec inest actui intellectus, sed est ab ipso effective et formative. Ergo actus intellectus non est formaliter intentio, sed magis obiectivus conceptus.

Praeterea, Avicenna dicit primo Metaphysicae quod logica est de secundis intentionibus adiunctis primis. Sed manifestum est quod logica non coniungit actum intellectus actui intellectus, sed conceptus secundarios conceptibus primis, utpote praedicari animali et homini et affirmari vel negari et sic de aliis. Ergo manifestum est quod secunda intentio et prima non sunt actus intelligendi, sed obiectivi conceptus.

Praeterea, omnes concedunt quod logica est de secundis intentionibus sive tamquam de subiecto adaequato sive aliter secundum quod opinantur diversimode. Sed constat quod logica est de dicibili incomplexo, de quo determinat in libro Praedicamentorum, et de enuntiatione, de qua determinat in libro Peri hermeneias, et de oratione syllogistica simpliciter et oratione demonstrativa et dialectica sicut patet. Nullum autem istorum est actus simpliciter intellectus formaliter, etsi sit formative ab

actu intellectus; nusquam autem reperitur in logica tractatum aut discussum de actibus intellectus formalibus, sed tantummodo de formatis per intellectum. Ergo mirum est quod imaginationem ascenderit alicuius philosophice sapientis quod prima et secunda intentio sit actus intellectus aut conceptus formales et non potius conceptus formati.

Praeterea, in omnibus iuxta doctrinam Philosophi loquendum est ut plures et maxime secundum quod philosophantes loquuntur. Sed Commentator intentiones vocat obiectivos conceptus; dicit enim in III. De anima quod intentiones intellectae continuantur cum intentionibus imaginatis et sunt in eis quasi forma in materia et sicut color in pariete. Et hoc dicit, commento 18 et 43. Manifestum est autem quod loquitur de intentionibus obiectivis quae sunt intellectae et imaginatae, quia de illis semper experimur quod intellecta innititur imaginatae sicut color parieti, quod non est verum de actibus. Unde et, commento 18, dicit quod sensationes non sunt intentiones aliae ab intentionibus rerum existentium extra animam in materia. Ex quo patet quod intelligit per sensationes et intentiones rerum apparitiones obiectivas quae sunt realiter eadem cum hiis quae existunt extra. Ergo secundum modum loquendi philosophicum intentiones non sunt actus, sed aliquid obiectivum.

b. Secundus defectus primae opinionis, scilicet quod obiectum non capit ab actu intellectus aliquod esse intentionale, sed tantum denominari.

Secundo vero deficit, quia imaginatur quod res concepta denominatur tantummodo ab actu intellectus et non capiat aliquod esse intentionale, plus quam Caesar qui pingitur capiat a pictura. Hoc enim est impossibile. Manifestum est siquidem quod denominari praesupponit nomen aut aliquod vocabulum. Sed conceptus, qui lucet in acie cogitantis et qui formatur et concipitur obiective, nullius linguae est, immo ab omni nomine et omni vocabulo abstrahit secundum Augustinum XV, De trinitate, capitulo 10. Ergo res quae concipitur capit esse aliud quam solum denominari.

Praeterea, Commentator dicit, IX. Metaphysicae, commento 7, quod entia quae non sunt extra animam non dicuntur esse simpliciter, sed esse in anima cogitativa. Sed manifestum est quod per solum denominari non dicerentur esse in ea; alioquin Caesar sculptus aut pictus aequae erit in pictura sive sculptura sicut res intellectae erunt in anima. Ergo res concepta capit aliquid aliud quam denominari, utpote esse intentionale et deminutum.

Praeterea, Philosophus dividit ens per esse in anima et esse in re extra, V. et VI. Metaphysicae. Omnes etiam loquentes dividunt ens in ens reale et rationis. Sed si obiectum caperet solum denominari et non esse, divisio nulla esset; alioquin deberet dividi esse rerum primo quidem in esse extra et in esse in denominante, deinde vero esse in suo denominante deberet dividi in esse in pictura et esse in sculptura et esse in anima. Unde non esset prima divisio esse rei in duo, videlicet in esse in anima et esse extra, quod absonum est et contra mentem Philosophi et contra omnes loquentes. Igitur rem esse in anima obiective non est solum denominari.

Praeterea, denominari ab aliquo non <est> esse praesens aut apparens denominanti sed nec esse in conspectu aut prospectu illius sed nec illi obici aut offerri, sicut patet quod Caesar pictus non est praesens aut apparens picturae nec in conspectu aut prospectu illius nec sibi obicitur aut offertur. Sed experientia docet quod res cognita est apparens, praesens, obiecta intelligenti necnon et in prospectu aut conspectu illius. Ergo non habet ibi solum denominari, immo aliquid esse intentionale.

Praeterea, omne denominari praesupponit intelligi; intellectus enim est qui facit denominationem unius rei ab alia. Unde nec Caesar est in pictura intentionaliter nec denominatur ab ea pictus, sed intellectus facit istam denominationem Caesaris a pictura, eo quod ducitur in notitiam eius per picturam. Ex quo patet quod omnis denominatio praesupponit apprehensionem. Sed constat quod hoc non esset nisi apprehendi esset aliud plus quam ab apprehensione denominari; pari enim ratione haec denominatio praesupponeret aliam apprehensionem et illa aliam et sic in infinitum. Ergo necessarium est rei intellectae attribui aliquid plus quam denominari.

Praeterea, si esse intellectum non est aliud quam denominari ab intellectione, aut istud denominari non est aliud quam vocari et secundum vocem et vocabulum derivari - et hoc dici non potest quia nullo vocabulo existente res habet esse cognitum obiective - aut istud denominari non est secundum appellationem, sed quia obiectum capit aliquid aliud ab intellectione quam vocem aut appellationem; et hoc utique verum est. Manifestum est autem quod illud aliquid non potest esse aliquid esse reale; alioquin omne intellectum existeret vere realiter. Ergo necesse est quod capiat esse intentionale.

Praeterea, homo et animal qui sunt conceptus existentes in anima obiective non est dubium quod non sunt eadem res sub alia et alia denomina-

tione; non enim solum differunt denominative, sed constat quod sunt una et eadem res sub alio et alio conceptu obiectivo, vel potius sunt eadem et alius et alius conceptus obiectivus. Ergo esse conceptum obiective non dicit solum denominari, immo quendam specialem modum essendi intentionalem et deminutum, ex quo non licet inferre esse simpliciter et reale.

Apparet itaque quod praedicta opinio deficit in hiis duobus.

Ex quo sequitur quod non est verum quod addit ulterius intentiones secundas esse in praedicamento qualitatis, ex hoc quod actus intellectus est in illo praedicamento.

Nec est etiam verum quod haec propositio sit denominativa 'homo est species' ab actu intellectus quo apprehenditur species. Sed est denominativa ab universalitate specifica quae est in intellectu obiective, subiective vero secundum esse intentionale in homine apprehenso.

Nec illud etiam quod dicit de logica quod tractat de intellectionibus prout sunt similitudines obiectorum et tenent vicem ipsorum¹, cum aperte pateat discurrenti per omnes libros logicae quod non fit mentio de actibus intellectus, sed vel de oratione definitiva aut enuntiativa aut syllogistica vel de dicibili incomplexo, quae utique non sunt actus intellectus, sed potius voces conceptus obiectivos exprimentes.

<c. *Prima affirmativa propositio in hac materia*>.

Ex praedictis ergo colligitur prima affirmativa propositio in hac materia, quod scilicet intentio non est aliud, prout hic loquimur de ea, nisi conceptus formatus obiective per actum intellectus. Et quia duo sunt ordines conceptuum, primus quidem eorum qui directe formantur, secundus vero eorum qui super primos fundantur, utpote universalitas aut praedicabilitas, quod idem est, necessario concipitur circa aliud praconceptum, sicut rectitudo in rerum natura exit in linea. Idcirco duplex est genus intentionum, quia quaedam sunt primo ordinis videlicet conceptus qui formantur de rebus, quaedam vero secundi, videlicet conceptus qui formantur circa primos conceptus.

1. Cf. Rad. Br. Soph. 'Aliquis homo est species' 60-64 (Pinborg 1975, 147-9).

APPENDIX IV

HUGO DE TRAIECTO, QUAESTIONES SUPER PORPHYRIUM*

QUAESTIO 8

Utrum universalia possint esse praeter operationem animae.

Ad istam quaestionem est notandum ut prius quod universale dupliciter accipitur vel pro re vel pro intentione, et causa huius est ut dictum est. Quia sicut se habent accidentia realia ad sua subiecta sic entia intentionalia ad sua obiecta. Sed accidentia realia sic se habent ad subiecta quod de principali significato important formas accidentales, ex significato autem concomitantiae ipsa subiecta. Sic etiam erit in intentionibus quod de significato principali importabunt ipsas intentiones, de significato autem concomitantiae ipsas res obiectas. Sed universale est nomen intentionale. Quare etc.

Secundo nota quod universale acceptum pro re capitur dupliciter vel pro re potentiali vel actuali. Et dicitur universale capi pro re potentiali quando res adhuc coniuncta est condicionibus individuantibus. Et ratio est quia illud¹ est universale potentiale quod per abstractionem intellectus agentis a condicionibus individuantibus fit actu universale. Sed adhuc coniuncta condicionibus individuantibus est huiusmodi ut de se patet. Sed universale dicitur capi pro re actuali, quando res iam actu substernitur et substat intentionibus sicut 'animal est genus, homo est species' et sic de aliis.

Tertio nota quod universale pro intentione potest accipi dupliciter, vel pro prima vel secunda. Si accipiat pro prima hoc dupliciter, vel in concreto vel in abstracto. Et est intentio universalis prima accepta in concreto quaedam similitudo rei generata in intellectu ex modo essendi proprio ipsius rei mediante qua similitudine intellectus ducitur in cognitionem rei simpliciter. Et ex hoc patet quod prima intentio universalis accepta in concreto non est ipsa res, ut quidam dicunt, immo est similitudo rei. Hoc patet, quia si esset ipsa res prima intentio universalis universale pro prima intentione acceptum non praedicaretur de re obiecta denominative, quod tamen falsum est. Quia universale pro prima intentione praedicatur denominative de re obiecta dicendo 'Sor est homo', 'homo est animal'² et sic de aliis. Sed intentio universalis prima accepta in

*Mss: E=Erfurt 2^o336 f.5v-6v. L=Leipzig UB 1363 f.73r-74v.

1. quia illud L quod quia E. 2 genus E.

abstracto nihil aliud est quam ista similitudo secundum se et absolute considerata non in applicatione ad rem quia abstractum et concretum eandem quiditatem important sub diversis modis significandi. Si vero accipiatur universale pro intentione secunda, hoc est dupliciter, vel pro intentione secunda accepta in concreto vel in abstracto. Et est intentio secunda universalis accepta in concreto quaedam similitudo rei non accepta a modo essendi proprio sed a modo essendi communi qua similitudine intellectus ducitur in cognitionem rei non quo ad essentialia sed quo ad accidentalia, scilicet ut res est reperibilis in pluribus. Intentio autem secunda universalis accepta in abstracto est ista similitudo secundum se et absolute considerata non applicata rei.

Quando ergo quaerit quaestio utrum universale sit praeter operationem animae, dico quod potest quasi sex quaerere. Quia quaestio vel potest intelligi de universali pro re potentiali vel de universali pro re actuali vel de universali pro intentione prima accepta in concreto vel pro intentione prima accepta in abstracto vel de universali pro intentione secunda in concreto considerata vel etiam in abstracto considerata.

Sed loquor breviter dimissis opinionibus. Dico tria ad quaestionem. Primo quod universale acceptum pro re potentiali est praeter omnem operationem animae. Secundo quod universale acceptum pro re actuali non est praeter operationem animae. Tertio quod universale acceptum pro intentione prima vel secunda in concreto vel in abstracto etiam non est praeter operationem animae.

Primum declaratur quia quandocumque aliqua duo sunt unum et idem realiter et totaliter, si unum est praeter operationem animae et reliquum. Sed sic est de universali pro re potentiali accepto et singulari. Quare etc. Maior patet; quando enim aliqua sunt idem totaliter quidquid accidit uni et reliquo. Minor declaratur, quia universale pro re potentiali acceptum non est nisi quiditas realis. Constat autem quod quiditas realis est praeter omnem operationem intellectus.

Secundo quiditas et essentia alicuius entis realis est praeter operationem intellectu. Sed¹ universale isto modo acceptum non est nisi quiditas entis realis ut visum est supra. Quare etc. Maior et minor patent. Sed nota bene quod istud tenet de universalibus quorum individua sunt extra animam praeter operationem eius, non autem de illis quorum individua sunt in anima, sicut de syllogismo, propositione, et sic de aliis. Unde haec propositio particularis et hic syllogismus particularis est in anima, et ideo in istis non tenet.

1 sed: quia E.

Secundo dico quod universale acceptum pro re actuali non potest esse praeter operationem animae. Quod declaratur quia omne quod est nunc actu intellectum prius autem erat intellectum in potentia dependet ab operatione animae. Universale isto modo acceptum est huiusmodi. Quare etc. Maior patet per Commentatorem III. De anima, qui dicit quod intellectus est ille qui facit illa quae sunt in potentia intellecta actu intellecta. Minor declaratur universale enim ut sic acceptum prius erat in potentia intellectum scilicet dum erat sub condicionibus individuanti-
bus, et iam actu intellectum.

Secundo illud quod denudatum est a condicionibus individuanti-
bus dependet ab operatione animae. Sed universale sic acceptum est huiusmodi. Quare etc. Maior patet quia ipsius animae est denudare et abstrahere. Minor declaratur, illud enim est denudatum a condicionibus individuanti-
bus quod actu subsistat intentionibus et de ipsis praedicatur. Sed uni-
versale sic acceptum est huiusmodi ut de se patet dicendo 'homo est spe-
cies' et sic de aliis. Quare etc.

Tertio arguitur hoc idem, sed suppono quod tria requiruntur ad hoc quod aliquid sit universale: primo quod sit reperibile in pluribus, se-
cundo quod sit unum in multis et de multis, tertio quod praedicetur de omnibus istis. Tunc arguo: illud non habet esse praeter operationem ani-
mae cuius omnes partes et condiciones non sunt praeter operationem ani-
mae. Sed universale est huiusmodi. Quare etc. Maior patet, minor decla-
ratur. Omnes enim istae partes, scilicet quod sit reperibile in pluri-
bus et quod sit unum in multis etc non sunt nisi per intellectum ut de se patet.

Tertio dico quod universale acceptum pro intentione prima et secunda in concreto vel in abstracto etiam dependet ab operatione animae; quod declaratur quia actus et operationes uniuscuiusque potentiae dependent ab operatione illius potentiae. Sed universale ut sic est operatio in-
tellectus. Quare etc. Maior patet; actus enim potentiae dependet ab ea sicut visio a visu. Minor declaratur; universale enim ut sic acceptum non est nisi quidam conceptus scilicet primus et secundus ipsius rei. Huiusmodi autem conceptus operationes sunt animae. Quare etc.

Item, si universale ut sic acceptum esset praeter operationem animae tunc non indegeremus intellectu agente. Sed hoc est falsum per Philosophum tertio De Anima ubi probat necessitatem intellectus agentis. Con-
sequentia declaratur, quia intellectus agens propter hoc est necessarius

ut denudet a condicionibus individuantes. Sed universale ut sic est denudatum ab omnibus condicionibus huiusmodi. Ergo si esset praeter operationem animae, iam sequeretur quod non indigeremus intellectu agente.

Item, ab illo dependet universale acceptum pro intentione a quo dependet similitudo rei. Sed similitudo rei dependet ab anima. Quare etc. Maior patet ex dictis, quia intentio nihil aliud est nisi quaedam similitudo rei etc. Minor declaratur. Dicitur enim tertio De Anima quod lapis non est in anima sed species lapidis.

QUAESTIO 9

Utrum universalia habent esse in intellectu tamquam in subiecto

Ad quaestionem est notandum quod quia quaestio quaerit utrum universale pro intentione sit in intellectu tamquam in subiecto, ideo oportet memorari distinctionis iam saepe datae, scilicet quod duplex est intentio, prima et secunda. Intentio autem prima duplex est, in concreto et in abstracto. Intentio prima in concreto est ut visum est secundum quosdam ipsa res primo apprehensa, in abstracto autem est similitudo rei. Similiter dicunt quod intentio secunda in concreto est res secundo apprehensa, in abstracto autem similitudo. Sed ut visum est prius istud non valet quia intentio prima in concreto est similitudo rei generata in intellectu a modo essendi proprio mediante qua etc. Similiter etiam intentio secunda est similitudo generata in intellectu a modo essendi communi etc. Et ideo concludo quod si intentio prima vel secunda considerata in abstracto est similitudo rei, et etiam in concreto considerata erit similitudo. Et illud declaratur, quia quaecumque aliqua duo sunt unum et idem essentialiter, diversificata solum secundum modum accidentalem, si unum est similitudo rei et aliud. Sed sic est de concreto et abstracto. Quare etc. Maior patet, minor declaratur, dicitur enim in Praedicamentis quod non differunt nisi solo casu id est sola cadentia. Unum enim significatur per modum dependentis, aliud per modum per se stantis.

Quo viso dico duo ad quaestionem. Primo quod universale est in intellectu subiective. Secundo quod est in re obiecta causative.

Primum declaratur, quia cognitio vel principium cognitionis cuiuslibet potentiae est in illa potentia subiective. Sed intentio est principium cognitionis intellectus. Quare etc. Maior patet. Cognitio enim¹ visiva sive principium cognitionis visivae sicut species est in ipsa

¹ ergo E.

potentia visiva subiective. Minor declaratur; constat enim quod intentiones sive species intelligibiles principium cognitionis sunt intellectus ut patet tertio De Anima.

Secundo similitudo rei existentis extra animam necessario est in anima. Sed intentio est similitudo rei quare etc. Maior patet Tertio De Anima lapis enim non est in anima, sed species lapidis. Minor patet per definitionem intentionis.

Tertio illud quod est operatum ab intellectu speculativo¹ est in eo subiective. Universale est huiusmodi. Quare etc. Maior patet; opera enim intellectus non transeunt in materiam exteriorem. Minor patet; non² enim est dubium quin universale sit quid operatum ab intellectu.

Secundo dico quod universale est in re obiecta causative, et hoc declaratur, quia universale vel sufficienter producitur et causatur ab intellectu vel a re obiecta. Sed non sufficienter ab intellectu, quare etc. Maior patet; cuiuslibet enim effectus³ debet esse sufficiens causa. Constat autem quod plures non sunt causae universalis quam intellectus et res obiecta. Minor declaratur quod non sufficienter producitur ab intellectu, quia quod est agens et produciens plurium non potest esse causa sufficiens alicuius determinate. Sed intellectus est efficiens plurium. Quare etc. Maior patet quia ex quo sol est causa universalis omnis generationis non est causa sufficiens alicuius determinati immo indiget particulari. Unde dicitur secundo Physicorum quod homo generat hominem et sol. Minor de se patet. Intellectus enim est plurium specierum⁴ productivus.

Item omne quod denominat alterum est in illo quod denominat vel ut in subiecto vel ut in causa. Sed universale denominat res obiectas et non est in eis ut in subiecto. Quare etc. Maior patet, quia nihil denominat alterum nisi tamquam subiectum vel causam. Minor declaratur. Universale enim denominat rem obiectam dicendo 'Sor est homo', 'homo est species'.

Sed nota ex quo dictum est quod universale subiective est in intellectu, quod duae sunt partes sive potentiae animae nostrae ut dictum est prius: Quaedam enim potentia est sive pars quae est in potentia omnia fieri et omnia recipere et ista est possibilis vocata. Alia est pars habens potentiam omnia intellecta potentia facere actu intellecta, et ista vocatur agens. Debemus ergo intelligere quod universale est in toto aggregato ex intellectu possibili et agente, principaliter tamen in intellectu agente. Sicut 'albedo' est in toto aggregato ex materia et forma, principaliter tamen in materia.

¹ +necessario L. ² sicut E. ³ cuiuslibet enim effectus: causa efficiens L. ⁴ om.E.